

# TAUTOLOGIA SECUNDA.

## REVERTIMINI FILIÆ MI, ET ABITE.

Ruth. 1. v. 12.

### EXPOSITIO LITERÆ.



Angelo monente, revertitur in patria Noëmi, ut docet Paraphr. Chaldaea. Egressa fuerat à finibus Israël. in Moab, pravo insigni miraculo; cum viri eius oratione Sol iussisset, sicut tempore Iosue. Tradunt Hebræi Elimelech, virum Noëmi, fuisse in cuius tempore Sol steterit, propter pravariatores legis; ut tanto miraculo viso converterentur ad Dominum Deum suum: quod quia facere contempserunt, iccirco fames invaluit: & ille qui in tribu Iudâ prior videbatur, famis inopia cum

Hieronym. An Sol steterit sub Bli melech?

1. Paral. 4. 23.

Interpretatio nominis pro nomine.

axore & filijs non solum patriâ pelleretur; sed etiam eadem peregrinatione cum filijs moretetur. Hæc in Tradit. Hebr. refert Hieronym. Gloss. Ordinar. Abulens. 1. Paralip. 4. quæst. 18. Fervard. in cap. 1. Ruth. & alij plures. Talmudici, ut aliquid novi nugarentur, non virum iustam autumarunt, sed avarum: qui quidem ferreis visceribus, cædo cives moretarent fame, dives & potens respicebat, cibos oculendos, quæ de causa Sol stetit in cælo, quasi illa hominis inhumanitate percussus. Vide Lyran. loc. cit. Paralip. Utramque sententiam arbitror fabulam: etenim ly Qui stare fecit Solem, est interpretatio nominis Iosim. Sæpe pro nominibus Valgatus utitur nominis interpretatione, ut latè exposuimus, Tom. 2. Tautolog. 3. à num. 19. Solem, ne videret hominum flagitia, retrocessisse finxerunt Ethnici, de quo hic Tautol. 5. num. 16. Horrore feralis cænz Atrei factum, succinit Seneca in Thyest. à v. 786.

Quo terrarum, superumque parens,  
Cuius ad ortus noctis opace,  
Decus omne fugit; quod vertis iter  
Medioque diem perdis Olympo.  
Ipse insueti novus hospitio,  
Sol auroram videt occiduus,  
Tenebrasque iubet surgere, nondum  
Nocte peractâ.

Hocce commentum Poëtarum, illud somnium Rabbiorum, sed discordantiam: quandoquidem alij propter Elimelechi avaritiam, alij propter insignem eius zelum & virtutem, à Deo immisam arbitranter famem. Vide quomodo delirant signantes decuplicem famem, à mundi exordio usque ad Christum. Prima fuit vivente Adamo: altera, vivente Lamech: tertia, tempore Abrahæ: quarta, vivente Isaac: quinta, vivente Iacob: sexta, vivente Elimelech: septima sub Davide: octava sub Elia: nona sub Eliseo: denique decima famis insignis non panis, sed audiendi verbum Dei, quæ erit usque in sæculi consummationem. Ita blatterant: necdum gustarunt panem qui de cælo descendit. Nolunt recordari alterius famis, quam oblivisci non possunt, nimirum obfisionis Ierusalem sub Tito Imper. de qua Eggesip. de Excid. lib. 5. cap. 40. & Ioseph. de Bell. lib. 7. cap. 8. referunt, ita acrem fuisse & urentem; ut mater filium in escam coxerit. Prædictum sanè Levit. 26. 29. Quod quidem accidit etiam sub Ioram, 4. Reg. 6. 29. Vide Plutarch. in Græcor. 99. 37. & Tautolog. 9. num. 46. de quo iterum.

Ergo Noëmi viduata viro, & filijs orba, cum iam fructibus sciret abundare

Scæce.

Decuplex famis.

Cruditatis matris in fame.

dicare terram Israël; decrevit redire in patriam, vel nominæ tantum dulcem.

Non dubia est Ithaci prudentia: sed tamen optat,  
Fenum de patrijs posse videre facti.

Ur canit Ovidius, lib. 1. de Pont. Eleg. 4. v. 33. Ecti patria sic, ubicunque benè; si benè in patria, & extra patriam finistrè, optabilior profectò nativa gieba.

Us nihil est patriâ, propriisque parietibus ullum  
Dulcius;

Decrevit quantocrys videre Bethlehem, quæ primò dicta Ephrata, ut somniant Rabbini à Maria Moysis sorore, & uxore Caleb, non filij Iephone, sed filij Efron. Utrumque videtur impossibile. Quando fato functus est Caleb, filius Efron, necdum nata erat Maria; ut patet ex generationum collatione. Quum natus est Caleb, filius Iephone, Maria soror Moysis habebat quinque supra quinquaginta annos. Adi Lyran in 1. Paralip. 2. 19. Totum Talmudicum figmentum, & ludicrum ratiocinium. Finxerunt igitur ex deserto ossa Maræ translata fuisse in Lachem, seu Bethlehem; tuncque propter illam fuisse dictam Ephrata: vel quia Ephrata significat furorem, & Maria experta est, dum apparuit leprosa: vel Speculum, quia plaga eius obiecta fuit omnibus in exemplum: vel Ubertatem, quippequam oisium eius advectu terra, quæ pridem sterilis, fecundata dedit fructum suum. Delitium. Vide hic Hieronym. Comictor. in Iudic. cap. 23. Addit. 3. & Anonym. de Nominib. Hebraic. Mitræm ludicra.

Utur decrevit Noëmi, posuit in via gressus suos, comitata duabus nuribus in terminos usque Moab, confines terræ Israël: ibique cum illas dimittere statuisset, precata maxima bona, cuius moris meminit Tibullus, lib. 3. Eleg. 5. v. 31. canens.

Vivite felices, memores & vivite nostri,  
Stos erimus, seu nos fata fuisse, olunt.

Etiâque grates rependens ob officia præstita vel post filiorum mortem, à quibus ductæ; sic allocuta est: Revertimini filia mi, & abite. Obijcitur illicò oculis ly Mi. Exponi quit per Syncopen, quæ vocis contractio, ut Di, pro Dei: Dicum, & Deum pro Divorum & Deorum; quod patsim apud Poëtas. Sic statuit Camerar. in Etibetis, quem sequitur Douza in Præcidan. ad Petron. Arbitr. lib. 2. Unde in nostra periodo ly Mi idem est ac Mæc. Si velis intelligere in dandi casu, quadrat quoque sentus. Ille filiz non erant, sed nurus: obsequijsque, gratia, ac consuetudine quasi filias fovebat illæque obsecrabantur, ac vercbantur tanquam matrem. Quo intelligitur illud Cantic. 3. 4. Donec introducam illam in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Quæ in loco vox matris non significat genitricem, sed matrem Sponsi, ut observat Sanctius in Paraphrasi. Distinguit matrem amore & naturâ: iccirco ut conset respectus, signata focu nomine matris, subditur pro naturali matre: In cubiculo genitricis meæ. Hæc enim Sponsam genuit: illa verò tanquam filiam amavit. Idem ibid. cap. 8. 5. In dandi casu, Virgil. 6. Æneid. v. 104. & 123.

O virgo nova mi facies,  
Et mi genus ab loce summo.

Propertius sæpe utitur. Mi neque amare aliam, lib. 1. Eleg. 12. v. 19. Mi certè poteris formosa videri. Mi formosa satis. 2. Eleg. 18. v. 29. & 30. Eadem Eleg. 30. v. 25. lib. 3. Eleg. 4. v. 22. & lib. 4. Eleg. 9. v. 25. Perf. Satyr. 1. v. 16. Mine istud: Plato, ut refert Apuleius in 1. Apologia:

Astra vides: utinam stam mi fidus, Olympus,  
Ut multis sic te luminibus videam!

Vide Adrian. Turneb. in Adversar. lib. 23. cap. 30. Hac de causa Noëmi nuribus dilectis magnoperè, dixit: Mi & Filie, optatque felicioribus frui nuptijs, reverfas in domum matris: v. 8. Ite ergo illuc, ibique manete cum genitrice, quousque denuò ducamini; quin absentia meæ exacerbet vestra viscera, nec ingerat amara cordolia: etenim mi, vel mihi præ amore semper eritis ut filiz: precorque, quòd faciat vobiscum Dominus miserericordiam, sicut fecistis cum mortuis, & mecum.

Aliter cogito, nescio an aptius. Hic quantum auguror, ly Mi non est casus dandi, sed vocandi. Invenitur sæpe tam in viris, quam in feminis pro blandimine; voce affectum cordis mulcentis significante. Augustus, ut ait Suetonius in eo, cap. 71. Mi Tiberi: & apud Aul. Gell. lib. 15. cap. 7. Ave mi Cai, meus ocellus iucundissimus. Apulei. Metam. lib. 4. Mi berillis: & lib. 8. Mi conlux. Terent. in Andria, Act. 4. scen. 2. 2. & Eunuch. Act. 1. scen. 2. v. 15. Anima mi. Plaut. in Amphitr. Act. 4. scen. 31. v. 24. & Eunuch. Act. 1. scen. 2. v. 15. Anima mi. Plaut. in Amphitr. Act. 4. scen. 31. v. 24.

Patria dulci.

Ovid.

Menand.

Ossa Mariae, sororis Moysis translata in Bethlehem.

Tibull.

Ruth. 1. 12. Syncop.

Cantic. 3. 4.

Mi pro Mi. bi.

Virgil.

Plato.

Mi vox blanditii. Sueton.

v. 24.



v. 24. *Mi Sofia*. Sic quibat vox *Filia mi* dirigi in amoris expressionem, ac nurus utriusque blandimen, ut animos illarum absentia futura mœstos leniret; sed emphaticè locuta est, usa singulari voce pro plurali, ut magis ac magis erga illas notesceret viscerum amor. Hæc figura dicitur *Syllepsis*, qua dissimiles ac diversæ personæ exprimitur per unicum verbum, aut vocem, quasi essent unum. Exod. 35. 20. 21. *Multitudo filiorum Israël obtulerunt mente promptissimâ*. Psalm. 77. 1. *Attendite popule meus legem meam*. Obvium schema apud Prophanos. Homer. 2. *Iliad*. v. 278. *Diixerunt multitudo*. Ovid. 2. *Fastor*. v. 554. *Vulgus inane ferunt*. Et Sil. Ital. 1. de *Bell. Punic*. v. 170. *Et sævis gens læta ruunt*. Haud secus Noëmi ad nurus; etenim plurali haud sine invidia singularum; singulis exprimeret vehementiam amoris; quippe sicine inter utramque divisa videbatur dilectio: duabûque simul dicit, *Filia & Mi*; ut luceret erga singulas quanto flagrabat amore: & unaquaque cognosceret affectum cordis erga se; quasi non esset alia, flammæ illius, ac benevolentiaë particeps. Invidia foeminae sunt, maxime, dum auditur aliam in amore præferri: ut apud Virgil. 3. *Eclog*. v. 78. *Phyllida amo ante alias*, & 11. *Æneid*. v. 821. *Pida ante alias que sola Camilla*. Noëmi ergo ut utriusque compesceret minoris amoris cogitationem, parem fecit utramque, haud proferens vocem disparem. Usus est hoccine stylo Plaut. in *Cistell*. Act. 4. scen. 2. v. 8. dicens: *Mi homines*. Petron. in *Satyr*. fol. 57. *O mi hospites!* Ni. singulare promerit vel in plures Noëmi; singularem haud ostenderet amorem, cum erga illas non uteretur lingua amoris singularis. Alio dixit Ovidius, 2. *Amor*. Eleg. 10. Unde verum, *Uno posse aliquem tempore amare duas*.

*Utraque formosa est, operose cultibus amba.  
Artibus in dubio est hæc sit, an illa prior.  
Pulchrior hæc illa est: hæc est quoque pulchrior illa  
Et magis hæc nobis, & magis illa placet.*

Ecce duas uno tempore amabat sola Noëmi. Utramque arctius diligebat nurum: ingeniosaque vocem invenit, qua singulariter amorem exprimeret, signans ita singulas in pectore sedisse; quasi duz non essent: dicens singulis sine tacto alterius, unica voce: *Tu mihi sola placet*. Optime & consentaneè Maluend. *Revertimini foemina: Foeminae non foeminae*, per Enallagen, singulari amoris indice, voce; vel cum essent duæ. Similiter Caictan. *Redite unaquaque in domum matris suæ*: Hebraismus est, quo summa similitudo, seu æqualitas indicitur. Sic pro omnimoda conformitate Ezech. 1. 9. ubi *Unumquodque ante faciem suam gradiebatur*; At. Montan. legit: *Vir ad latus facierum suarum ibant*. Septuag. *Non revertebantur, cum incederet ipsa*. Ergo ex grammatices arena ascendamus in Pleonasmum recondita arcana.

5 Noëmi igitur uti prudens noruum animum inspiciens, ut puellarum faciem, ac in diversa mobilem, maxime cum commodiorem haud aspiciantur habitationem in patria focus; ut in propria remaneret, dixit ad illas: *Revertimini filia mi, & abite*. En Tautologia: siquidem reverti nequibant, quin inde abirent. Suppositum necessarium exprimitur in actionem, ut apud Plaut. in *Rud*. Act. 5. scen. 2. v. 41. *Sz hercle abiero hinc, hic non ero*. & Sophocl. in *Philoclet*. v. 125. *Ego abibo, ne conspiciar præsens*. Hebraismus obvius in Sacra pagina, quem multipliciter exponemus. Primò per Hysteron-proteron, ita ut primam sit verbum consequens. Q. d. *Abite, & revertimini*. Revertimini propriè, in domum unde egressæ à filijs meis ductæ; ut ibi honestè sicut ante nuptias vivatis: nimirum, in domum matris vestra: v. 8. ibi enim, ut par erat, spectabili pulchritudine, & honestate vixistis. His dotibus in coniugio filiorum meorum magni habitæ: pariformiter post illorum obitum mecum duxistis vitam: modò abibo, quia licet diligam, vobiscum esse non possum. Ergo revertentes, in patriam abeat, haud hinc inde vagemini, & utcunque sedem eligatis; sed abeuntes revertimini duntaxat in domum matris vestrae, ibique secundas expectate nuptias, quas prioribus exopto feliciores: ita ut Dominus det vobis invenire requiem in domibus virorum, quos sortitaræ estis: v. 9. Hoc consilium, quia respuit Orpha, fictum à Rabbini illa ipsa nocte factam matrem Goliath in fornice Geth, ex concubitu cum centum validissimis iuvenibus, ex quorum tota feminali massa confectus gigas, decursu temporis à Davide prosterneudus. Apage. Abeant huiusmodi cogitationes ad corvos. Mira sanè mendacia, est in foeminis non mira lascivia, neque nova. Cleopatra centum & sex viros exhaussisse, memoratur: ait Caspar Barthius in 1. Claudian. *Eitrop*. v. 360. *Messalina Cladij Casaris coniux, hanc regalem existimans palmam, elegit in*

Syllepsis.

Singulari ad multos, emphaticè.

Virgil.

Plaut. Petron.

Ovid.

Idem.

Enallage.

Suppositum necessarium exprimitur.

Primo expositio.

Foemina lascivia.

*Id certamen nobilissimam & propositatis ancilam mercenaria sipis: eamque die ac nocte superavit quatio ac vicesimo concubita*. Plin. lib. 10. cap. 63. & Sext. Aurelius in *Glandio* Plin. *Cesar*. de qua Luvenal. *Satyr*. 6. v. 129.

*Et lassata viris, nondum satiata recessit.*

Iuvenal.

Quæ de cogitationum pro fatietate, quæ satiari non possunt? Quid ne recessant mariti? Hinc herba *Durooa* grata, quam foeminae in India maritis ignaris propinant, ut securè adultero copiam nefandæ libidinis faciant. Marito igitur præsentè, & apertis spectante oculis, verum herbae succo fatuo, quia præ mentis alienatione ad cuncta quæ videri, ridet; geniale thorum adulter adoritur. Ad Bilibald. *Strobaum*. part. 2. cap. 33. *Ind. Oriental*. & Henr. Salmuth. in *Pancirolo*. 2. p. cap. 1.

Durooa herba qualis?

6 Sæpe in Biblijs præponitur verbum *Abeo*, quod debet esse posterius. 1. Reg. 15. 6. *Abite & recedite*: idest, recedite, & hinc abeat. 2. Reg. 3. 24. *Abijs & recessit*. Cantic. 2. 12. *Imber abijs & recessit*. Inter Profanos etiam est usus. Plaut. in *Menachem*. Act. 5. scen. 7. v. 28. *Abite & fugite hinc*. In *Truculent*. Act. 4. scen. 4. v. 31. *Abijs; abfcessit*. Euripides in *Medea*, v. 729. *Discedens esser palem*. Sic igitur Noëmi puellis more patrio dixit: *Revertimini, & abite*: idest, abite & recedite unaquaque in domum matris suæ. Plura enim verba sunt eiusdem significationis, quæ proferuntur, ut notescat firmissimus dicentis animus, de quibus sæpè egimus. Alia, quæ per se habent significationem, iuncta verò alijs verbis, horum duntaxat significationem habent, uti astruimus testimonijs, *Tautolog*. 7. 9. Quare in auctoritate unum ex illis paragogicum est, vel exergadicum: q. d. *Revertimini*, vel *Abite*. Hic modus loquendi magis constabit ex infra dicendis.

Secunda expositio.

Verbum sine significatione.

7 Unde exponi potest tertio Pleonasmus per Enallagen, ita ut unum ex verbis concipiatur pro adverbio, vel pro interiectione: quod quidem in Scriptura frequens.

Enallage.

1. Reg. 2. 3. *Nolite multiplicare loqui sublimia*. 2. Cor. 9. 8. *Omnem gratiam abundantè facere in vobis*. Psalm. 125. 2. 3. *Magnificavit Dominus facere nobiscum*: idest, Multipliciter, Abundanter, & Magnificè. Constat ex Hebr. equidem Ion. 4. 9. ubi: *Putasne, bene irasceris tu super heredam? & dixit: Bene irascor*. Hebr. legit adverbia per verba. *Putasne benefecit venit ira tibi? Benefecit venit ira tibi*. Unde Septuag. *Vehementer irascor*. Osee, 9. 9. Hebr. *Profundum peccaverunt, corrupti sunt sicut in diebus Gabaa*. Quod Vulgatus sic vertit per adverbium: *Profundè peccaverunt*, & c. *Profundum pro vehementer*, adiectivo posito pro adverbio; ut apud Homer. usquequaque, *Aeternum*, pro *Aeternè*. Apud Plaut. in *Asinar*. Act. 2. scen. 2. v. 8. & Terent. in *Heeyr*. Act. 5. scen. 1. v. 20. *Etatem velim servire. Animo erit etatem*: hoc est, diu, diutissimè, vel semper. Iuvenal. *Satyr*. 6. v. 125. *Exceptis blanda*: pro blande. Claudian. 2. in *Eutrop*. v. 19. *Securum vivere*: pro securè. Senec. in *Troad*. v. 979. *Obtizisti brevis*: pro breviter. Sic alia. Apud Hebræos usitatissimum in verbis *Ado*, *reverti*, *converti*, *video*, & *dico* ut egimus, *Tom*. 3. *Tautol*. 2. num. 9. v. g. *Itai*. 66. 14. *Videbitis, & gaudebit cor vestrum*: scilicet, valdè gaudebitis. Loc. præf. Osee pro adverbio *Profundè*, legit Chald. *Adauxere corrumpere. Animo erit etatem*: hoc est, diu, diutissimè.

Etiam adiectivum.

Tertio expositio.

Sensus modò patet Tautologiae, uno ex testimonij verbis, accepto pro adverbio. *Revertimini filia mi, & abite*: idest, abite celeriter in domum matris vestrae. Vide quæ diximus *Tom*. 2. *Tautolog*. 5. num. 10. Hic sty-lus in eadem materia Tautologiae invenitur apud Profanos, quorum auctoritatis genuinus acceptiois elucet sensus. Homer. 9. *Iliad*. v. 592. *Perrexit ire*: puta, diligenter iter aggressus: quod 15. *Iliad*. v. 167. per adverbium exprimit, dicens: *Celeriter festinans*. Plautus, in *Mercator*. Act. 5. scen. 2. v. 41. *Fer gradum, confer pedem*: hoc est, festinè perge. In *Cistellar*. Act. 1. scen. 1. v. 34. *Eas abitum*. Martial. 5. *Epiqr*. 21. *Soles effugere, atque abire sentit*. Pariter alia, ubi verba multiplicanter adverbialiter. Sic lux emicat in alia sacra testimonia: nimirum ad illud: *Fuentes ibant*, de quo infr. num. 29. *Ierem*. 37. *Euntes abibunt*: idest, omnino, vel celeriter abibunt. Cantic. 2. *Imber abijt & recessit*: quo loc. Maluend. *Omnino recessit, evanuit*. 2. Reg. 3. 24. *Abner abijt & recessit*: nimirum, pacificè abijt.

Ier. 37. 8. Cant. 2. 11. 2. Reg. 3. 24

8 Si velis periodam interpretari per interiectionem, haud extra propositum erit sensus: quasi puellis porrantibus focus dixerit: *Eia carpite viam*, quia simul, sicut hucusquè, vivere non possumus. Abeo, abite. Plura pro huiusmodi expositionibus diximus in *Polog*. galeat. 9. 4. a num. 3. accipe alia. Exod. 3. 10. *Veni, mittam te ad Pharaonem*: ubi *Veni* sumendum pro *At*, *Hem*, *Abi*, vel *Au*: q. d. Ne cadas animo, ad Regem ibis, mirabilisquæ facies, ut sis inclutus & apud Hebræos & apud Aegyptios.

Verbum pro interiectione.



Jerem. 2. 2. *Vade & clama*: videlicet; agedum, cia clama. Virgil. 3. *Aeneid.* v. 189. & lib. 6. v. 629.

*Surge age, & hac latus longævo diâa parenti*  
*Haud dubitanda refert.*  
*Sed iam age, carpe viam, & susceptum perſice munus*  
*Accloremus, ait:*  
*Dixerat, & pariter greſſi per opaca viarum,*  
*Corripium ſpaciâ medium, ſoribuſque propinquant.*

Euripid. in *Medea*, v. 105. *Ite iam, procedite quàm celerrimè*: idest, cia procedite. *Proſ*  
*pert. lib. 3. Eleg. 18. v. 17. I nunc, tolle animos.* Haud alio ſenſu Plauti ſententiæ: in  
*Pſoudol. Act. 5. ſcen. 1. v. 44. Pengeſine pegeret.* Idem in *Pamul. Act. 1. ſcen. 3. v. 24. In*  
*Trucul. Act. 2. ſcen. 4. v. 13. Proſperate, auſerte menſam.* Hoc est, cia. *Feminae*, potiſſi-  
mum ætate viridi, in via yagæ, ſuſpicioni patent, malique audiunt: quare Noëmi hono-  
ri puellarum conſulens; monet ad propria citò reverti: idest, eveſtigio, illicdè, acturum ut  
hinc abeat. *Caſetan. Ite, redite unaquaque in domum, & quàm citiſſimè*: quod quidem  
Scriptura exprimit per lumborum præcinctum. 3. *Reg. 18. 46. Luc. 12. 35. & Epheſ. 6.*  
14. Unde præ acceleratione, ſeu celeritate dicitur *Jeremie*: *Ergo accinge lumbos tuos, &*  
*ſurge, & loquere, &c.* Ita ergo velocitas emphaticè exprimitur non per curſum ſed per  
volatum. Phraſis est Plauti in *Aſinar. Act. 1. ſcen. 1. v. 80. Sine pennis vola: &* in *Perſa,*  
*Act. 2. ſcen. 2. v. 16. I, vola curriculè.*

9 Poſſunt quoque huiusmodi verba æquivalentia exponi in diverſam ſignificationem,  
congruam præſecto articulo abſentiæ: ita ut primum verbum abſentiam indiçet, & ſecun-  
dum poſtremum in diſceſſu Vale, ſignificando abitum cum bona gratia iter agentium, et-  
ſi merore animorum; quod frequenter inter familiares & amicos. Terent. in *Andria, Act.*  
*4. ſcen. 2. v. 13. Conveniant mores: valeant.* Quo in loco Donatus inſit: *Valeant: hoc eſt,*  
*valeant, recedant; quia & diſcedentibus Vale dicitur.* Taubm. in *Plant. in Truculent. Act.*  
*2. ſcen. 2. v. 3. Vocem (inquit) ſupremam dixit: valedixit, abire uſiſit.* Quod Martial. *lib.*  
*5. Epigram. 67.* vocat *Aeternum vale.* Virgiliuſque *11. Aeneid. v. 97.*

*Fata vocant. Salve æternum mihi maxime Palla,*  
*Aeternumque vale.*

Ubi Servius: *Valedit, eò quòd ab eis diſcedimus, eos nunquam viſuri.* Aeternum ergò  
Vale dicebatur mortuis, longum verò diſcedentibus; quia neſciatur an iterum videndâ  
forent. Ita Artemidor. *lib. 1. cap. ult.* Quare Virgil. *Ecol. 3. v. 79.*

*Et longum formosè vale, vale, inquit, Iola.*  
*Nam me diſcedere ſtevit.*

Apertus Terentius in *Adſph. Act. 5. ſcen. 1. v. 3.* ubi ſicut priùs Valere pro Abire, hîc  
deſcribit econtrâ.

*Laudè munus adminiſtraſti tuum: abi.*

Hoc est, vale, diſcede feliciter. Verbum hocine ſupponit abitum, & ſignat in eum ſau-  
ſtam præcationem bonorum, maximè inter eos, quibus mutua dilectio, in quorum abſen-  
tia longa tractu protrahitur expreſſio extreme ſalutis, ſeu prolatio extremi Vale. Virgil.  
*6. Aeneid. v. 231.* vocat *Noviſſima verba: & lib. 11. v. 827. Iamque vale:* idest, proſpecte  
abeas. Plautuſque in *Aſinar. Act. 3. ſcen. 3. v. 4. Supremum mihi dixit: ire uſiſit.* Inveſtitur  
etiam acceptio in Bibl. 1. *Reg. 9. 26. Sauli dixit Samuel: Surge, & dimittam te:* hoc  
est, valedicam. Idem, 2. *Reg. 3. 23. Dimiſit eum, & abiit in pace:* videlicet, valedicens  
dimiſit eum. Ita ergo Noëmi dixit nuribus: *Revertimini ſilia mi, & abite:* nimirum ſau-  
ſte valete, bonaque ſint ad votum, ut opto.

10 Abire etiam ſignificat mori: quod quidem quia vox inſauſta, & moleſta vel  
memoria, vel Euphemifinum alijs vocibus, quaſi ambagibus profertur: de quo fuſius,  
*Tautolog. 6. num. 26. & Tautol. 7. num. 10.* Prifei Abire dicebant, pro è vita decedere.  
Terent. *Phorm. Act. 2. ſcen. 3. v. 14. E medio abiit.* Phædrus, *fabul. 77. Abiturus illuc,*  
*quò omnes abeunt.* Quod in Scriptura dicitur: *Ingreſſi viam univerſe carnis.* 3. *Reg.*  
*2. 2. Univerſa terra:* quippe eato terra, vel pulvis. Vel *Appont ad patres,* aut ad *po-*  
*pulam ſuam.* Genef. 25. 17. & 49. 32. Tertullian. apud Taubmann. ubi dudum: *Si de*  
*aliquo iam prædam deſunſto, tanquam vivo quis requirat, præ manu occurrit dicens:*  
*Abiit iam.* Vientium iter dicitur à Seneca, de *Conſolat. ad Martiam,* cap. 20. *Iter*  
*mortis ingreſſum ſum, & iam medium ſerè teneo:* qui cap. 20. idem præmiſerat, ſub-  
dens etiam: *Ad breviſſimum tempus editi, citò ceſſuri loco.* Propertius, *lib. 2. Eleg.*

13. v. 39. *Memento hoc iter, & lib. 3. Eleg. 7. v. 2. Iter immaturum.* Hac enim meta-  
phora, quia Sol abſconditur; Plaut. in *Mercat. Act. 5. ſcen. 2. v. 33. dicit: Sol abiit.* Et Ca-  
ſtull. *Apitbalum.* Manlij & Iulij, v. 79. *Abiit dies.* Hac præſecto acceptioe teſtimoniij  
noſtri ſentus erit: *Revertimini ſilia mi, & abite,* in domum ſcilicet matris veſtra, ibi-  
que manere quouſque fato fungamini, & ſepulturam inter proprios habeatis, appoſita ad  
populum veſtrum.

11 His igitur clarent aliz Tautologiæ. *Vade & revertere:* idest, citò revertere. 2. *Reg. 31*  
*Abite & recedite:* 1. *Reg. 15. 6.* hoc est, acturum ſegregemini ab Amalech: ſiquidem  
milites, d Cnaiz, in procinctu ſunt, inſtruxta inſidiæ: ni longè abieritis ab Amalech  
ſeparati, clade peribitis involuti cum hoſtibus. Abite, & citiſſimè. Præut rerum ar-  
ticulus est, ita verbum adverbialiter intelligi debet. Quare dum dicitur de Regina  
Saba: *Reverſa eſt, & abiit in terram ſuam cum ſervis ſuis;* idem est, ac proſperè  
reverſa in patriam, quò pervenit pacificè, quin ullus in via incommodaverit, nec  
incurſum ullum pateret ab hoſtibus. Similiter illud loab ad Davidem. *Quid ſeciſti?*  
*Ece venit Abner ad te: quare dimiſiſti eum, & abiit & receſſit?* Aliquid amplius in-  
dicat verbum additum, etſi ſoner eiudem ſignificationis. Primò, quare dimiſiſti ita ci-  
tò hinc intentionis examine: igitur modò, iam ſerò: quandoquidem *abiit & receſſit:* id-  
est, ita abiit, ut eum ultra videre non poiſis. Secundò, q. d. quare dimiſiſti eum impune?  
Ille venit, ut te ſpecie amplioris dominatus deciperet, ac tui exercitus robur cognofce-  
ret; & ſciret exitum tuum & introitum tuum, & noſſet omnia, que agis: quare dimiſiſti  
eum pacificè? Conſtat acceptio ex ſuperiore v. 23. quò dicitur de Davide: *Dimiſſerat*  
*eum, & proſectus fuerat in pace.* Unde huiusmodi phraſis duplicis verbi idem ſignifican-  
tis, ſenſus est: Reverſus est Abner pacificè in propria ſine damno, vel incommodo. Hebr.  
& Chald. ſignatur forſidâ dialecto: *Abiit eundo:* idest, ſine obice. Maluend. eodem ſen-  
ſu: *Ambulavit ambulare.* Nullo ſcilicet impedimento in itinere, ut rediret in propria.  
Vide n. 25. & 26.

12 Sicine indicatur, nec damnum illatum, nec acceptum. Quare repedare iter, ſeu  
reverti per eandem viam, quæ venerat aliquis, idem est, ac ſine damno propoſito  
& meditato, recedere; ſive fruſtrata opera. Ita ab Iſaia dicitur Ezechie de exercitu Sen-  
nacherib. *Per viam, qua venit, revertetur.* Idest, non nocebit. *Non ingreditur ur-*  
*berem, nec mittet in eam ſagittam, nec occupabit eam clypeus, nec circumdabit eam mu-*  
*nitione: v. 32.* Apud Græcos commune proverbium. *Proditoribus* (inquit Plutarch. in  
*Cleomen.) promiſſam operam haudquaquam præſtantibus; Aratus eodem quò venerat ite-*  
*nerere regreſſus eſt:* hoc est, retrò abiit. Stylum iterat ibid. ſubdens: *Cleomenes uſque ad*  
*ciuitatis muros ducto exercitu, verbis quoque graviſſimis in hoſtes inſultans, eodem*  
*quo venerat itinere retroceſſit.* Hiſpanicè: *Volovíſe con las manos en la cabeza.* Apud  
Homer. *17. Iliad. v. 27.* dicitur, *pedibus ſuis non reverti;* quippe qui ledere conabatur,  
malè multatus & percuffus alieno in domum indigebar auxilio. Alter expreſſit, 10. *Odyſſ.*  
*v. 42. In patriam redimus, vacuas manus habentes:* ſine effectu ſcilicet, imò cum igno-  
minia: etenim abire dimiſiſis manibus ſignum est fugæ, & cladis acceptæ. Plaut. in *Epidic.*  
*Act. 3. ſcen. 4. v. 15.*

*Si audias meas pugnas,*  
*Fugias manibus dimiſiſis domum.*

Contentius fuga capitur, capitur iter, demiſiſis manibus & iactatis circâ latera. Unde  
Æſchylus in *Prometh. v. 939. Quæ veniſti via, eam repete feſtinanter.* Euripid. in *Aliceſſ.*  
*v. 869. Nec in terra pedem eundo figens.* Fuga ſignatur præceps, igitur qui equis quaſi  
in victoriam, & non in pugnam veſti; pedites redibant, ſi redibant. De Siſara, cuius iugu-  
lato exercitu, dicitur Iudic. 4. 15. ita *ut de curru deſtienti, pedibus fugeret.* Euripid. in  
*Supplicib. v. 89. Vado pedibus: & in Troadib. v. 232. Velox pedibus veſtigium accelerans.*  
Sic igitur qui illatari damnum, ſine alterius laſione in viam, qua venire, reverſi ſunt ita  
celeriter; ut nihil cogitarent niſi viam.

13 Idem cogitarunt Iſraëlite videntes validam civitatem à Nabucho Magno  
obſideri, maximè pſeudopropheticis dicentibus de Chaldæis: *Euntes abibunt.* Eadem  
viâ, qua venerunt, revertentur: *Revertentes abibunt à nobis,* ut legunt Septuag. At  
Jeremias contraria prædixit: nimirum, quod non abirent euntes, idest, ſine clade ci-  
vium; ſed ſummo damno illato, ita ut rueret civitas, & cuncti in Babylonem tranſmigra-  
rent. *Nolite decipere animas veſtras, dicentes: Euntes abibunt, & recedent à nobis*  
*Chaldæi: quia non abibunt, Maluend. Non recedent, neque ambulare ambulabunt:* imò  
*Tom. V. H per-*



quousque civitas diruatur, & reliquæ igni tradantur. Non per iter, quod venerunt, revertentur frustrato voto, sed exterminio civitatis, vastitate hostili. Hinc constat, quod *Eundo* in quo nihil aliud designat, quam sine clade discedere, vel sine incommodo civium in quos depugnandos venerant: quod quidem quam extra Israëlitarum expectationem, constat ex exitu. Ita aluit, etsi non crederent, Ieremias, q. d. Præfens expeditio haud erit sicut Sennacherib sub Ezechia, casto proposito, quo eadem via quæ ingressus, egressus revertens in Afsyriam. Haud irritum erit votum Nabuchî, nec hostilis cogitatio; non eundo abibit; sed alia via qua voluerit, redibit triumphans in patriam. Qui fugit, abit qua potest: qui vincit, qua vult. Sine obice patula quælibet via: igitur haud desistit, quousque per eius milites civitas flagret. Omnis terra pervia in triumphum & in patriæ reditum. Quod & qua voluerit, iter ager. Haud uti consternatus formidine, repetet viam, qua in urbem dicendam accessit; sed qua placuerit. Siccine optatus effectus exprimitur à Tacito, 15. *Annal.* cap. 61. *Non eo, quo venerat, itinere reditum; sed flexisse.*

14. Modò claret illud præceptum indicium Propheta, ut progredere in Ieroboam & idola Bethel; vaticinaturus per Iosiam altaris exterminium & vidualorum. *Non comedas* (præscribitur illi à Domino) *nec revertaris per viam, qua venisti*: illeque præcepto itudens, ut ad amissim responderet; *Abijt per aliam viam, & non est reversus per iter quo venerat in Bethel.* Qui eadem via revertuntur, frustrantur ab itineris proposito: iccirco Sennacherib dicitur Irai. 37. 29. *Reducam te in viam, per quam venisti.* Idem v. 34. Econtra verò, qui potitur voto.

Lucan. *Sic ille calentes Incendit virtute animos, & amore laborum, Irreducemque viam deserto limite carpit.*

Canit Lucan. de Catone, 9. *Pbarsal.* v. 406. *Alia nã viã abijt, qui optata nanciscitur, & cadunt ad votum. Per aliam viam reversi sunt Magi in regionem suam*: Matth. 24. 12. Igitur porti voto, frustrato inimico, sine ullo incommodo viderunt, & adoraverunt, quem quaesierant, regem. Firma utique, qua dicta Ieroboamo à Vate, quorum eventus indicatus per viam distinctam; quia qui redeunt eadem, qua venerunt viã, inanes revertuntur; qui autem per aliam, victores. *Domum petentes aliã viã, alijs itineribus*: inquit Homer. 9. *Odyss.* v. 231. de Græcis victoribus Ulyssis comitibus. Quod caret eventu, in Scriptura dicitur reverti retrorsum. *Sagitta Ionathæ nunquam redijt retrorsum, & gladius Saul non est reversus inanis.* 2. Reg. 1. 22. Ita Ierem. 50. 9. de exercitu Nabuchi: *Sagitta eius non revertetur vacua.*

Virgil. *Suggere tela mibi, non ullum dextera frustra Torserit in Rutulos, steterunt qua in corpore Graium.*

Ut ait Virgil. 10. *Aeneid.* v. 333. Senec. ad *Marciã*, cap. 16. *Nullum (ait) frustra cadere telam, quod in confertum agmen immissum est.* Haud oblique excidit, nec cuspis irrita voti. Irritum est, quod revertitur. Quare nova micat lux testimonio principali: *Revertimini filia mi, & abite.* Noëmidem puella diligebant. *Nurus eius* (inquit Iosephus, 5. *Antiq.* cap. 1. 1.) *non substinebant ab ea divelli; & vellet nolite, comitari illam volebant.* Illa præ religione nolebat, dixitque: *Abite*, quia comitem pergere non potestis. Frustrã conamini: abite revertentes eadem viã, qua venistis; quia nullo modo acquiescam, nec sinam peregrinationis meæ comites fieri.

15. Tunc Ruth obliit, & Orpha ad suos rediit. Possumus dicere Noëmi, quod Marcia Seneca loc. cit. *Habes duas filias. Si male fers, magna onera: si bene, magna solatia.* Divisum est cor earum: & Noëmi amplexa est ex una solatium, excutiens alterius onus. Audias Paulin. *Natal.* 9. à v. 531.

Paulin. *Qua gemina scinaunt sese in diversa sorores. Ruth sequitur sanctiam, quam deserit Orpha parentem. Perfidiam nurus una, fidem nurus altera monstrat. Præfert una Deum patriæ, patriam altera vitæ.*

Cogitavit Orpha libertatem, Ruth verò legem, dotisque focrus, quibus trahebatur; nẽ relinqueret, quam matrem experta, ex quo cognoverat. Illa inter sacrum & faxum ancipiti cogitatione collocavit iudicium; sed eruit, & quò voluit duxit. Nihilominus haud excutere à mente quibat plenè, quod tanto tempore conciliaverat amorem.

Ovid. *Hos habuit vultus, hac illi verba fuerunt: Hic color, hac facies, hic decor oris erat.*

Quod alia via.

Tacit.

3. Reg. 13. 9. 10.

Lucan.

Matth.

Homer. Quæ dicantur tela inania.

Virgil.

Senec.

Septima expositio.

Senec.

Paulin.

Ovid.

Sic

*Sic quousque aberat placita præsentia forme, Quem dederat præfens forma manebat amor.* Haud victa fuit ab amore, sed illum vicit, signitque dilectionis soctum deservit. *Orpha osculata est socrum, & reversa est.* v. 14. Quid Ruth? *Abhastit socrum suã*: scilicet, deliberavit secum adhzere illi, & sequi quocunquẽ ivisset, Ovidius, 2. *Faster.* à v. 779. describit, est aliò, cogitationem.

*Carpitur attonitos absentis imagine sensus Illa, recordanti plura magis que placent. Sic sedit, sic culta fuit, sic flamina novit, Neglecta collo sic iacere coma.*

Puella insisit, à focru repellitur; repulsaque Ruthidis probatur amor. *Obijcitur extenu plum abeantis cognata: perflat.*

*Quoque minor spes est, hoc magis illa cupit.* Pungitur ratiocinijs, sed amor uti patiens omnia sustinet; & licet animum despondisset, omnia sperat, dicitque quod apud Plaut. illa alia, in *Afinar.* Act. 3. scen. 3. v. 1.

*Car me retentas nunc? Tui amans abentis ego. Vale. Aliquanto amplius valerem, si hic maneres. Salve. Salvere me iuves, quum tu abiens affers morbum?*

Quid rumpetis? Haud vinces. Vel mane, vel sequar. *Quocunque enim perrexeris, pergam: & tibi morata fueris, & ego pariter morabor; & ego pariter morabor; & populus tuus populus meus, & Deus tuus Deus meus: qua te terra morientem susceperit in ea moriar, ibique locum accipiam sepultura.* Hæc mihi faciat Deus & hæc addat, si non sola mors me & te separaverit.

16. Huiusmodi verba vehementis amoris expressiva, quò magis focrus anfractus in societatem proponebat; & delicat Paraphr. Chald. in *Gloss.* ordinar. sicine. *Dixit Ruth, volo esse profelyta. Respondit Noëmi: Præceptum est nobis, ut non ambulemus in Sabbatis, neque in diebus solemnibus ultra duo millia passuum.* Respondit Ruth: *Quocunque ieris, ibo.* Dixit Noëmi, præceptum est nobis, ne habitemus simul cum populi. *Dixit Ruth, in quocunque loco habitaveris, habitabo.* Dixit Noëmi, præceptum est nobis, ut servemus sexcenta & tredecim præcepta. *Dixit Ruth, quocunque obseruas populus tuus, ego obserabo, ac si esset populus meus ante hæc.* Dixit Noëmi, præceptum est nobis, ne colamus cultum extraneum: respondit Ruth, *Deus tuus ipse est Deus meus.* Dixit Noëmi, *Habemus quatuor genera mortis pro peccatoribus, scilicet, lapidationem, & combustionem ignis, & occisionem gladij, & suspensionem patibuli: respondit Ruth, quocunque modo mortua fueris, moriar.* Dixit Noëmi: *Habemus locum sepulture: Respondit Ruth, ibi sepeliar, & ne addas ultra loqui.* Hæc faciat mihi Deus & hæc addat, quoniam mori dividit inter me & te. Nonnunquam in Rabbinis adfunt naniz. Qualis farina ex huiusmodi fursure? Breviter & nervosè sacra pagina præfatis verbis, quæ declarat Ruthidis obstinatus animus in sequelam focrus; uti Petrus dixit Domino, Luc. 22. 33. *Tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire: & Ethai, 2. Reg. 15. 21. Davidi: Vivit Dominus, & vivit Dominus meus Rex; quoniam in quocunque loco fueris Domine mi Rex, sive in morte, sive in vita, ibi erit servus tuus.* Cu- piebat Noëmi puellam tot dotibus, fideque commendabilem, pendens in dolem docilem, ad Domini legem idololatram convertere; & noluit credere omni spiritui: hinc Ruthidis exactè probavit; quod post Evangelista Ioannes monuit: *Probate spiritus, si ex Deo sint.* Ex duabus itaque illam comitari conantibus, una recessit, alia processit. Prudent. in *Hamartigen.* v. 844. inquit:

*Aspice Ruth generis Moubitidis, & simul Orpbam. Illa socrum Noëmim fidò comitatur amore: Deserit hæc, atque thalamis & lege iugali Exuta, Hebræisque thoris sacrisque vacantes, Iure fruebantur proprio.*

17. En historia, sed notanda ex Pleonasmò Ruthidis perseverantia. Noëmi probans instruit, de amoreque in fidem periculum facit: illaque promptè respondit; *Ne adverseris mihi*: v. 16. Profectò tantà repulsã, ac repugnantia tantã, tuum haud videtur consilium, sed meditata pugna. Supramodum renuis, & amore abnuis: videris hercè averfa, quandiũ ita perlat instantia. *Ne adverseris mihi.* Vernaculè: *Para què tantas contendas? No te canses, ni me canses. Ne adverseris mihi 2 ut relinquam*

Tom. V. H 2

Amor verus presentiam optat.

Idem.

Idem.

Plaut.

Ruth. 1. à v. 16.

Fides Ruthis dicitur fore cum magna.

Paraphrasis chald.

Unde nota amoris fides.

1. Ioan. 43.

Prudent.

te,



*Amor perf. te & abeam.* Gravior, & gravaris: nec res placita, nec vox: placebit tantum assensus. Quid dicis? Placet? Esto non placeat, ibo: comitabor quocunque, quanvis dissentias. *Hæc faciat mihi Deus & hæc addat,* si respicam. Hæc formula iuramenti aliquoties invenitur in Biblijs; quæ aliter exponenda est de feminis, ac de viris. Si viri proferrunt, idem arbitror, ac *Vivit Dominus;* uti dicam *Tautolog.* 7. num. 11. Viri autem, haud censo in feminis audaciam tantam; sed duntaxat extendi in precationem, seu imprecationem vulgarem, præut intendunt exaggerare firmitatem animi. Sic ergo Ruth persistens, adhuc obstante focu, & commoda patriæ, incommodaque peregrinationis referente; respondit; & propter bona cuncta, quæ amittere possim, & propter cuncta mala, quæ possum pati: *non relinquam te.* Noltrates: *Ni por qualquier daño, ni por todos los averes del mundo; vel, Por qualquier mal que pueda passar, ò el mayor bien que pueda perder.* Si velis, molliùs, ac dulcius; *Ita valeam, vel non valeam: ita Deus me adjuvet, aut non.*

*Propert.* *Mi neque amare aliam, neque ab hac desistere fas est.*  
Ita firma facies, firmisque cor. Placet ire: tibi placet? Placuit: *Profeciaque sunt simul;* ut dicitur v. 19.

18 Prinquam delicem Tautologiam, obiter inquirendam; unde tantus amor inter nurum & socrum, cum inter illas frequentissimum sit iurgium? Vel Ethnicus lamentatur commune malum in *Heeyr.* Act. 2. scen. 1. à v. 1.

*Terent.* *Prob Desim, atque hominum fidem!*  
*Quod hoc genus est? Quæ hæc est constaratio?*  
*Ut omnes mulieres eadom aquæ studeant, nolintque omnia;*  
*Neque declinatam quicquam ab aliarum ingenio ullam reperias;*  
*Itaque adeo uno animo omnes socrus oserunt nurus.*

*Tadiu nurum & socrum.* Rebecca ob iurgia uxoris Esau, dixit Isaac, Genes. 27. 46. *Tadet me vita mea propter filias Heb: si acceperit Iacob uxorem de stirpe huius terra, nolo vivere.* Vel nomen focus aut nurus amori dissonum, & tadio consonum. Unde vocibus dilectionis deauratur status irrequieta conditio: igitur ut vidimus supr. num. 3. Sponsa socrum vocat matrem, & Noëmi nurus blandimine dicit filias. Sic huiusmodi tadium usavenit, sicut inter consanguineos redamatio; quo intuitu dicit Abscitor N. nurum separandum à focru, sicut filiam à matre? *Nolite arbitrari, quia pacem venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem adversus patrem suum, & filiam adversus matrem suam, & nurum adversus socrum suam.* Separatio nequit esse, quoniam sit unio; ut frequens inter filiam & matrem: verum inter nurum & socrum? Aptius videtur, inter utramque mittere pacem; quippe sepe sepius & adversæ & averfæ. Si separandæ, planè amore coniunctæ, quod non videtur, nisi raro. Quorsum Salvator N. inter utramque intimum signat amorem? An quia si aliquando societas, non est inter averfas vinculum societatis, sed factionis; & qui de celo venit conciliare pacem, venit etiam male conciliatam dissolvere; ut esset pax vera de celo, haud quomodo mundus dat? Etiam consentanea cogitatio de nurum prudentia: siquidem si morigeratæ, apantur genio focus propter bonum pacis; ut qui ex adverso est, vereatur, nihil habens malum dicere de illis: maxime, cum maiores, si boni, amandi; si mali, ferendi sint. Hæcine apta tropologicè, sed haud exprimunt inter utramque averfionis radicem, & iurgiorum fomitem.

*Matf.* 19 Paulus Marfus in loc. Terentij cit. *Socrus (inquit) filiorum uxores ob hoc ferè odio persequuntur; quod plerunque digniores & meliores aut ditiores suos liberos existimant, quam qui debent uxoribus etiam dignissimis & optimis iungi.* Alia rimor, nescio an vera, vel veriora. Quælibet femina sui studiosissima est, & se amat super omnia, gloriatur avida de virorum erga se vel infansissimis obsequijs. Nurus totum pectus viri appetit, quippe totum cor viro concedit: astruit in redamatione confortis amorem; modo propter illam vir relinquit patrem & matrem. Socrus ampliorem intendit reverentiam à filio, quia mater, dignitate conferente venerationem. Undè cum filius prudens erga utramque exhibeat dilectionis obsequia; hinc, ni fallor, exoriuntur iurgia; quælibet quippe cogitat sibi subrepta, quæ in alia videt collocata studia. Totum enim amorem & totaliter ambiunt; arbitranturque sortum, ni sibi conciliante totum. Quare cum mortuo filio coniuge, non habeant de quo contendant; mutuò conciliantur, ut mutuò inventur: nevas scilicet consilij socrus fenis, socrus autem labore ac validitate inventuritis, ut patet in Ruthide & Noëmi. *Melius est ergo duos esse simul,*

*Quando & cur pax inter nos inter nos & socrum*

*simul, quàm unum; habent enim emolumentum societatis sæc.* Eccl. 4. 9. *Si unus coeciderit, ab altero fulcietur. Va soli, quia cum cecideris, non habet sublevantem se, &c.* Eccl. 4. Hæc clarent nostro in articulo: igitur mortuo filio Noëmi, & Ruthidis confortè, arde focus & nurus amore vitam duxerunt coniunctæ. Cultus disparitas erat inter illas: societatem focus Ruthis cupiebat. Noëmi prudens adherentem à se studiosè amandabat, dicens illi: *En cognata tua reversa est ad populum suum & ad Deos suos: vade cum ea.* Societas Ethnicæ & Catholicæ refecanda: in huiusmodi pacem mittendus gladius; quippe separatio tunc est pax vera, & non pax quæ æterna amittitur vita. Propter huiusmodi emolumentum inter concordēs Christus venit de celo mittere gladium; verum nisi causa religionis, ius utique persistens nexu sanguinis: qua de causa cum Ruth promitteret focru, fidei verè dare nomen; *profecia sunt simul & venerunt in Betlehem.* Verf. 19.

20 Modò cursus sine obice in Tautologiam. Amor Ruthidis in sacrum & socrum rutilat; dum vel dimissa resolutorè, liberèque respondit: *Ne adverseris mihi, ut relinquam te & abeam.* Facilis Pleonasmus expositio, accepto verbo altero pro participio: q. d. Ut abeam relinquens. Ita Ierem. *Euntes abibunt.* Frequens Hellenismus est apud Homer. Euripid. in *Rhes.* v. 201. *Abibo profectus;* & in *Alees.* v. 869. per gerundium: *In terra pedem eundo figens.* In Hebr. signatur duplex verbum: *Ut relinquam te, ut recedam à te.* Maluend. *Ad derelinquere te, ad revertere de post te.* Interpretari quoque aptè possumus per exergasiam, accipientes & pro *Idest:* vel Epexegesim, quasi verbo posteriore explicando antecedens, de quibus in *Prolog. Galeat.* §. 4. num. 12. & 13. tuncque sensus erit: *Ut relinquam te & (idest) abeam.* Hac enim expositione clarent alia testimonia, ut illud Act. *Et quod Marcus discessisset ab eis, & (idest) non isset cum eis.* 2. Ioan. *Omnis qui recedit & (hoc est) non permanet.* Vel ut supr. per participium: *Omnis qui recedens non permanet: eo quod discedens non isset cum eis.* Siccine præfata testimonia, num. 11. *Vade & recedite. Abite & revertite. Reversus est & abiit. Abiit & recessit. Abibunt & recedent.* Denique principalis Tautologia, *Revertimini filie mi & abite:* idest, abeuntes revertimini.

21 Aliquod nihilominus subodoror singulare in præfenti verborum geminatione. Unde in memoriam revocanda regula Scripturæ, quam tradidi *Tom. 4. Tautolog. 6. num. 5.* de duabus affirmationibus; & *Tautol. 8. num. 9.* de negationibus. Similiter quoties invenitur affirmatio & simul negatio contrarij suppositi per affirmationem; vel negatio cum affirmatione contrarij expressi per negationem: quod quidem schema dicitur *Behæssis,* de qua etiam latè hic agemus, *T. 5. n. 17. T. 6. num. 43. & T. 7. n. 16.* Quoties sicine geminationes inveniuntur, in prima subintelligendum *Non solum,* in secunda *sed etiam,* vel *Imò.* Plura loc. citatis inveniuntur testimonia, regulam comprobantia; sed magis illustrabitur dicendis. 1. Mach. 6. 36. *Hi ubicunque erat bestia, ibi erant: & quocunque ibat, ibant; & non discedebant ab ea.* Hoc est, non solum ibant, quò bestia, sed peribant, ita comites elephantis, ut non tantum cum stant starent, imò cum eunte simul quocunque irent. Ezech. 1. 9. de quo ex professo infra num. 31. *Non revertebantur cum incederent, imò unumquodque iter capiebat, quò direxerat faciem.* Psalm. 106. *Errare fecit eos in invio, & non (non solum in invio, sed etiam) in via.* Ioan. ubi dudum. *Qui recedit, & non permanet.* Scilicet, qui non solum non permanet, sed etiam respiciens recedit: non solum non manet nobis in doctrina sana tradita, sed recedens adversatur. Unde Oecumen. *Omnis qui transgreditur.* Similiter illud: *Ut qui discessisset ab eis, & non isset cum eis.* Ierem. 5. 23. *Recesserunt & abierunt:* nimirum, non solum recesserunt à Deo, sed abierunt ad idola. *Defuerunt & perierunt in sculptilia.* Maluend. Idem in illud cap. 37. *Nolite decipere animas vestras, dicentes: Euntes abibunt, & recedent à nobis Chaldei; quia non abibunt.* Apud Profanos leges multa. Homer. 13. *Iliad.* 475. *Sic manebat, neque retrocessit.* 9. *Odyss.* v. 108. *Neque plantant manibus plantam, neque arant.* *Odyss.* 10. v. 259. *Simul evanuerunt, neque quisquam eorum apparuit.* Sophocli in *Oedip. Tyr.* v. 692. *Me relinques, & extrâ ibis.* Plaut. in *Persa,* Act. 4. scen. 4. v. 119. *Abcedent, & non accedent.* *Virgil. 2. Aeneid.* v. 574. & 586.

*Exarsere ignes animo: subit ira cadentem Ulicsi patriam, & sceleratas sumere panas. Animumque expleffe iuvabit Ultriciis flammæ, & cineres satiasse meorum.* Virgil.



Ovidius, 11. Metam. fab. 3. Martial. lib. 1. Epigram. 16. Manil. lib. 1. cap. 8. v. 29. & Statius, 8. Thebaid. v. 738.

Sitis arida guttur

Urit, & invisio meritò torquetur ab auro. Gaudia non remeant, sed fugitiva volant. Semper erit novus & terris mutabitur arcus. Odi artus, fragillemque hunc corporis usum.

Ovid. Martial. Manil. Statius.

Plutarch.

in Othone. de militibus eius inquit: Si pergerent, neque manerent: & subinde, Nulli unquam tyranno tam acer, atque insanus imperandi amor innatus fuisse videtur; quantum illi obtemperandi Othoni habuerunt: quando ne mortuo quidem desiderio eius apud ipsos desisset, sed permansit. Cicer. 7. de Attic. epist. 12. Dimittamne me penitus in causam? Non deterreor periculo, sed dirumpor dolore. Denique Tacit. 16. Annal. cap. 27. Nero patres arguebat, quòd publica mania desererent, eorumque exemplo equites Romæ ad segnitiam vertentur: & cap. 29. Cùm Marcellus, ut erat torvus & minax, voce, vultu, oculis ardeceret, non illa nota, & crebritate periculorum sueta, iam senatus mæstitus, sed novus & altior pavor, &c. In his & alijs sacris, ac profanis testimonijs, pro Non intelligendum Non solum, & pro particula coniunctiva sed etiam: quo prompta expositio Tautologia: Ne aduerseris mihi, equidem molesta & tot obicibus, Ut relinquam te & abeam: igitur non solum non abibo, quinimò nec te relinquam, quocunq; perrexeris sequar sanè, ita ut sine te non sim nec unquam, nec usquam.

Cicer.

Tacit.

Iter pro itinere, & profectio. Sueton.

22. Etiam his prælibatis, restant plura testimonia, pro quibus acceptiones Viæ & Itineris exponendæ. Modò significat tempus, ut cùm dicitur à Suetonio, in Tiber. cap. 6. Isinere nocturno: ubi non de itinere intelligendum, sed de profectiois tempore. Modo significat reditum, ut à Virgilio Eclog. 9. v. 23. Brevis est via. Aliquando significat profectioem, ut apud eundem, 1. Aneid. v. 362. Auxiliumque viæ. Etiam quòd iter agitur, tractum terræ scilicet transeundum, vel motum de loco ad locum: in quo motu si tractus habet exitum, dicitur iter pervium, sin autem invium. Idem dum dicitur: Errare fecit eos in invio, & non in via. Idem est, ac ubi nulla via, idest, nullus terminus quò irent; quippe quò ibant, non erat iter. Phrasè Hebraicà idem soluta ac desertum, vel inculca solitudo: invia omnino, & quia sibi nunquam hæsit vestigium hominis, & quia inde nullus signabatur locus habitatoris: sed via in viam & solitudo in solitudinem. Non iter micabat in aliquem terminum, cùm itineris nullus signaretur finis, sed se sequebantur sequentes. Nunc his, nunc illis videntibus ortus ad ortus: ut ait Manil. quòd supr. cap. 2. v. 77. & Virgil. 12. Aneid. v. 753. Mille fugit, refugitque vias. A Propert. lib. 2. Eleg. 4. v. 10. & lib. 4. Eleg. 4. v. 42. Via caca & torta vocatur. A Persio Satyr. 5. v. 34. Iter ambiguam; quasi Labyrintho, quo inextricabilis error, ac cæca vestigia.

Psal. 106. 40.

Iter invio pro solitudine.

Descriptio vias itinere.

Ponit opus, turbatque notas, & limina flexu Ducit in errorem variarum amblage viarum.

Ovid.

Ut describit Ovidius, lib. 8. Metam. fab. 2. Inviæque obliqua: Manil. cap. 7. v. 194. Implicitasque errore vias: Lucan. 8. Pharsal. v. 5. Tacitusque 3. Annal. cap. 31. Itinera ininterrupta, & impervi; ubi sine via innumera viæ, quæ in maiores errores: quandoquidem quàm emergere cogitabant, magis ac magis sese in errores immergebant. Itinerum amblages, occursumque ac recursum inexplicabiles, crebris foribus ad fallendos occursus redeundumque in errores eosdem: festique iam eundo perveniunt ad viarum illam inexplicabilem errorem. Ita Plinius lib. 36. cap. 13. Aptius, Moyses Deuteron. 32. 10. In terra deserta: in loco horrois, & vasta solitudinis: de quo suo loc. Tom. 8. Tautolog. 1. ad illud Sapient. Iter fecerunt per deserta, que non habitabantur. Alludit ad varios errores; quos filij Israël habuerunt post exitum ab Ægypto, maximeque dum ingressuri terram promissam, à Cades-barne reducti sunt in tot errores deserti per annos quadraginta; uti dicitur Numer. 14. à v. 25. Astruitque Adrichomius in Pbaran, num. 24. Hinc Genebrard. legit: In invio, in deserto devio, in inani, in loco stæpendo, in quo non via. Syr. Vagari fecit eos in errore, Moure: Per inania loca. Hebr. Errarunt in vacuo, non via. Hieronym. In solitudine devia. Et Chald. Errore innani.

Plin.

Genebrard.

Augustia. Iter peccatorum iter devium.

Augustinus hic ingeniosè è via profectiois notat viam intentionis illorum, legens: Sed duxit eos in via, & non in via. Priùs à Deo ducti post à se fuerunt seducti; unde error amplior in voluntate illorum & mente, quam in itinere & profectioe. Hoc enim in statu, quia sine Deo, idem, Soliloq. cap. 4. inquit: Sine te adest invium, non est via.

via. Et Symmach. loc. Psalm. cit. Errare fecit eos in vanitate mentis. Malend. 18 inordinatione. Videbatur illis illa via pervia, verùm tota præcipitia. Via inambulabilis: ait Bernard. de Contempt. Mund. ad Clericos, cap. 33. nosque aliqua, Tautol. 5. num. 24. Hacque itineris vasti, cæcique metaphora, Ambrosius in Hymnis, cavet:

Pallens fatiscat cæcitas, Quæ noxmet in præceptis diu Errore traxit devio.

Ambros.

Siccine non euntes, sed præcipites ibant; quo stylo exprimitur inconsideratio erroris sine cogitatione exitus criminis: intelligitur illud Pauli, 1. Cor. 12. 2. Cùm gentes essetis, ad simulachra muta prout dicebamini euntes. Idest, cæci, præcipites, sine cogitatione erroris, nec penarum ex flagitijs: eoque magis seducti, quo ambulare rectissime arbitrabimini. Israëlita exitum quærebant, dum per devia ibant; sed prolapsi sunt in errores, sicut qui errant in invio & non in via.

23. Relicta ergo tropologia, deliscanda est in sensum literæ phrasîs; sed brevi, quoniam fuscè Tautolog. 6. à num. 43. ad illud Ioann. 1. Confessus est, & non negavit. Assertio & negatio contrarij positivi asserti, est Hebraismus, quo exaggeratur, vel potius certissime aliteritur, quod in prima propositione profertur: multotiesque geminatione nominis, verbi, aut sententiæ pallilogicè roboratur; qua figura etiam dicitur Epizeuxis: de qua & eius in Scriptura usu egimus in Prolog. Galeat. 8. 4. num. 2. Epizeuxis.

Unde error in invio & non in via, nihil aliud significat, quàm solitudinem inperviam, inaccessibilem, cuius vastitas sine exitu, cuius ambitus sine termino congruo; sed error in errore, iter in iter, ubi via non in profectioem, sed tantum in lassitudinem. Sic igitur Exod. 21. 11. Gratis (dicitur) absque pecunia. Deuteron. 9. 7. Memento, ne obliviscaris. 3. Reg. 21. 15. Non vivit, sed mortuus est. Mai. 53. 7. Obtumescet, & non aperiet os suum. Amos, 5. 18. Tenebra, & non lux. 2. Cor. 5. 3. Vestiti, non nudi: sic alia, in quorum negationibus, quia rei assertæ sunt, magis ac magis roboratur asserturum. Hi modè dicendi dissolvuntur ad dialectos nostras per adverbium: q. d. Profectio, sanè, certè, Na, prorsus, Proculaubiò, verè, Reapse Planè, Sanè, Sanequam, &c. non vivit, obtumescet, tenebra erit dies, sine dubio vestiti. Similiter præfens testimonium. Errare fecit eos profectò in invio. Per Epizeuxim, In invio, invio: idest, undique avio & devio. Hoc enim schemate utuntur sæpè profani AA. pro amplitudine & certitudine asserti. Virgil. 12. Aneid. v. 896. Saxum ingens, ingens. Euripid in Orest. v. 969. Miseratio, miseratio. In Hippolyt. v. 534. Frustra, frustra: & v. 1374. Perdite, perditæ. Sophocl. in Philoc. v. 1204. Grata, grata: & Homer. 4. Odyss. v. 358. Portus portuosus. Etiam exponi potest Tautologia, ita ut negatio sonet superlativum: q. d. Eremus vastissima, solitudo valde sola, deserta maxima; qua de causa, ut vidimus, num. antec. à Moysè dicitur Terra deserta, quia sine homine ullo: Locus horrois, quia sine arboribus: Vasta solitudo, quoniam sine exitu nec pedibus, nec luminibus. Omnino deserta invia, cæca, ambigua, horrida, interrupta, inpervia, inextricabilia; in quorum via error, ac in profectioe labor, sine tramite in tramite, & iter ad viam inutile.

Epizeuxis.

Negatio contrarij asserti pro adverbio.

Pro superlativo.

Auditaque via causâ, Non utile carpis Inquit iter.

Ovid.

Ut aliò dixit Ovid. 2. Metam. fabul. 7. Gressus in huiusmodi via, quia devia, non profectio, sed perditio. Idcirco cum Israëlita in deserto via haud haberent exitum; iter iure dicitur invium. Ex sine & voto profectioisposito, iter dicitur iter; sic via sine fine optato dicitur error: Erroverunt in solitudine (præmittitur v. 4.) in inagroso: viam civitatis habitaculi non invenerunt: invenerunt duntaxat, dum excentes de terra deserta, & invia & inaquosa, arida scilicet, constituerunt civitatem habitatoris, per Hypallagen, idest, habitationem civitatum, vel civitates habitationi commodas.

Hypallage.

24. Via proprie est locus, quo liberè iter agitur: iter est actus eundi, sive profectio de loco in locum; etsi multoties utrumque pro eodem usurpetur. Pro ipsa via, qua tenditur in mediatum locum, connotante terræ tractum; Genes. 16. 7. Via Sur. & cap. 35. 19. Via que ducit Ephratam. Exod. 13. 17. Per viam terræ Philisthinum. Numer. 14. 25. Per viam maris Rubri. Sic alia, 2. Reg. 15. 23. 1. Machab. 5. 28. & Ach. 8. 26. Hac viæ acceptione elucet Pleonasmus ille de filijs David: Cùm abduc pergerent in itinere. Necessarium utique quod iter esset, si gradiabantur: idest, terræ tractus, per quem moverentur de loco in locum delinatum. In hac periodo signantur viatores & via.

1. Reg. 13. 30.

Fama



Fama crudelitatis Absalonis pervenit ad David, haud cum filij eius essent ubi Amnon occisus, nec cum periculi expertes pervenissent in Regiam; sed cum in illam ad patrem pergerent, & iter ducerent: idest, cum nec dum viam fugientes consummassent. Nec prius, nec post nuncium triste audivit Rex, sed cum filij eius adhuc pergerent in itinere: hoc est, cum essent in via ad Regiam & Regem. Haud secus accipiendum illud Ananiz ad Paulum: Dominus Iesus, qui apparuit tibi in via, qua veniebas. Per ly Veniebas, profectio Pauli indicatur: per ly In via, locus, quo apparuit illi Dominus Assertor N. Non in Ierusalem, nec in Damasco Christi apparitio facta est Saulo; sed cum hic iret in Damascum & Ierusalem: cum iret, & illuc non pervenisset. Damascum versus iter agebat per viam publicam, & cum urbi appropinquaret, in ipsa via qua veniebat, apparuit illi Iesus, ut à proposito persecutionis meditate respiceret Saulus.

Et pro tra-  
sta terra  
calandæ in  
iter.  
Act. 9. 17.

Genes. 28.  
20.

Via pro via  
periculo.

Plaut.

Propert.

Pericula in  
peregrinatio-  
ne frequen-  
tia.

1. Reg. 1.

Quia est ire  
viam suam?

Baruch. 4.  
2.

Quid am-  
bulare per  
viam?

Virgil.

25 Non idem cogitandum est de verbis Iacob: nimirum, Si fuerit Dominus mea cum, & custodierit me in via, per quam ego ambulo: igitur via hic non intelligitur tel- luris intervallum, seu itineris spatium; sed duntaxat via periculum: equidem peregrin- tantibus plura obviant incommoda. Unde redeuntibus dicebatur: Bene ambulastis, ita apud Plautum, in Trucul. Act. 2. scen. 4. v. 18. Idest, an incolumis? Etenim molestia via non tam ex lassitudine pedum, quam ex incidentia urgentium discrimi- num: qua metaphorâ, ut notetur via pericula, idem ibid. Act. 1. scen. 1. v. 8. ait: Quot pericula vianda, pro perpetienda. Lucill. Viare iter: idest, pati. Propert. lib. 29 Eleg. 27. v. 6.

Et maris & terra cata pericula via. Sic olim abeunti peregrè dicebatur: Bene ambula, ut notat Taubmann. loc. Plauti cit. Quam vulgaria formula, constat, Tobiz, 5. 21. ubi: Bene ambuletis, & sit Deus in itinere vestro, & Angelus eius comitetur vobiscum. Peregrinatio nonnunquam damnis ac periculis obnoxia: propterea Iacob renuebat cum fratribus in Egyptum mittere Beniamin, dicens Genes. 44. 29. Si tuleritis & istum, & aliquid ei in via contigerit: deducetis canos meos cum mærore ad inferos. Aliquid dixit, idest aliquid malum, quod frequenter in profectioibus contingit. Unde pro custodia in periculis itineris, Dominus Israëlitis dicit, Exod. 23. 20. Mittam Angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locum, quem paravi: quod ab ipso exitu fecit in columna nubis & ignis: cap. 13. 22. Sæpe in via latrones & scitarij, præter molestias itineris, cum extra propria, vel deliciae sint ærumna. Hinc 1. Eldr. 8. 31. dicitur: Promovimus, ut pergeremus Ierusalem, & manus Dei nostri fuit super nos, & liberavit nos de manu inimici & insidiatoris in via. Claret modò sensus voti Iacob, de quo latè eg, Tom. 2. Tautolog. 11. à num. 23. Fugiebat Iacob fratrem in regionem ignotam, carpens obstitam periculis viam: unde specialem cultum, honorariaque munera Deo povet; modò illum custodiât à cunctis malis in via imminuentibus, & sospitem discriminum ducat ad cognatos, prosperèque reducat ad parentes. Hæc phrase Hebraica dicitur: Ire viam suam: idest, placide iter perficere. Iosue 2. 16. Sic ibitis viam vestram: scilicet, securè, sine metu, sine contradictione. Ita 1. Reg. 1. 18. de Anna dicitur: Abijt malier in viam suam: nimirum, pacificè. Eodem sensu ibid. cap. 26. 25. Abijt David in viam suam: hoc est, securus, periculi sospes. Viâ inoffensa: ut dicit Martialis, lib. 14. Epigram. 209. Pariter Iacobus singularia dona Deo promittit, si pacificè, sine incommodo, salvus, incolumis, expeditus à viz damnis, ac insidijs, quæ extra patriam obviare solent, pervenerit in Mesopotamiam, & revertatur in Syriam.

26 Sic igitur intelligitur illud Baruch. Ambula per viam: idest, feliciter perge: hoc enim stylo David Psalm. 44. 4. 5. inquit: Specie tua & pulchritudine tua intende prospere, procede & regna. Maluenda. Feliciter ingreditur, prosperè age. Et 1. Reg. 25. 35. Hebr. legit: Vade incolumis in domum tuam: ubi Vulgat. Vade pacificè. Hæcine phrasia etiam invenitur in Ethnicis AA. Plaut. in Rudent. Act. 4. scen. 3. v. 88. Abi tuam viam: in Carcul. Act. 1. scen. 1. v. 32. Incedas viâ: idest, tuto. Propert. lib. 2. Eleg. 25. v. 38. Sua noverit ire viâ. Homer. 12. Odyss. v. 63. Per viam ioit: nimirum placidè, sine obice. Hac de causa dum iter ad vorum fit, Ambulare viam, dicitur. Venus ut vizæ felicitatem indicaret, apud Virgil. 1. Aneid. à v. 393. inquit:

Perge modò, atque binc te Regina ad limina perfer,  
Namque tibi reduces socios, classisque relaxam  
Nuncio, & in tusum versis aquilonibus actam.

Per

Perge modò, & quæ te ducit via, dirige gressum:  
Corripere viam intereâ, quâ semita monstrat.

Non solum apud Profanos, sed etiam apud Sacros orthodoxosque DD. invenitur diale- ctus, uti legitur in Prolog. Regul. Sancti. ubi Div. Benedic. inquit: Per ducatum Evan- gelij pergamus itinera eius. Quod quam consonum sensui & cogitationi nostræ, patet: equidem cum tot, tantaque mala perpesti fuerint Iacob legem abdicatam, & ve- xatio daret intellectum; dixit illis Baruch: Convertere Iacob, & apprehende eam, am- bula per viam: idest, ut vivas feliciter, secundaque sint omnia, custodi legem. Hoc est, viam ambulare, quasi sine timore, imò audacter. Virgil. 3. Georg. v. 77. Primus & ire viam. Idem, 4. Aneid. v. 468.

27 Maldonatus hic Ambulare per viam, dicit Incedere restâ viâ; quia vivere ad legem est iter rectum: sic enim homo ambulat & ponit in via gressum, quoniam in oppo- sita non iter, sed præcipitulum. Hinc Paulus: Quemadmodum accepistis à nobis, quomodo oporteat vos ambulare, & placere Deo; sic & ambuletis. Verum hoc tropologicum est: quare, ni fallor, per huiusmodi phrasem literaliter indicatur alicuius exercitij, seu actio- nis continuatio: quod utique in Scriptura signatur expresso supposito necessario; vel ad- dito nomini verbo, participio, infinitivo, vel gerundio. Exempla sunt obvia. Euntes ibant. Psalm. 115: Ezech. 1. 17.

Longam incomitata videtur  
Ire viam: & Tyrios desertâ quærere terrâ.  
Invenal. Satyr. 14. v. 123. Ire viam pergant. Ovid. 4. Trist. eleg. 3. v. 74. & de Remed. 1. v. 394.

Ardua per præcepti gloria vadit iter.  
Maius erit, tantum, quo pede capiti, eat.  
Homer. 10. Iliad. v. 31. & 13. v. 241. Perrexit astem ire. Imitatus est Virgil. 5. Aneid. v. 649. Gressus eunt: & lib. 6. v. 159. It comes, & vestigia fixit. Ovid. 5. Metam. Fab. 8. Lustrat eundo. Terent. in Phormion. Act. 2. Scen. 2. v. 12. Iam pedum visâ est via. Apulei. lib. 5. Metam. Inquit: Psyche pergit ire. His, ut patet, auctoritati- bus perspicue obijciatur continuatio actus. Unde cum dicitur, Ambula per viam, indica- tur filios Israëli per vexationes illatas veram invenisse: illosque iubet Propheta obser- vantia continuationem; ut Deus ad gratiam & clementiam, illorum respiceret penitenti- am. Aliter delicare possumus, & non abs re, quatenus per suppositum expressum, ni- mirum Viâ dum præmissum Ambulare, non intelligatur cursus, gressus, aut iter; sed tantum in eis pernicitas, vel velocitas. Ambrosius alijs vocibus, sed eodem in sensu 1. Ambros. Apolog. David, cap. 2. inquit: Currere cursum salutis. Homer. 2. Iliad. v. 183. Icit au- tem currendo. Aul. Gell. lib. 17. cap. 8. Is curriculâ. Unde ille alius, qui obice impediæ batur in meditatum opus, in Mostellar. Act. 1. Scen. 1. v. 15. dicebatur

Infelix, qui non curro curriculâ domum.  
Hispanicè: En una carrera, en un instante. Hac igitur acceptione, Ambulare per viam, idem est, ac celeriter, velociter curte, ut citò hac viâ, mandatorum scilicet observatio- ne, illuc pervenias, à quo per abrupta deviaveras.

28 Est hæcine haud displiceant, magis placet, quod supra præmissi, nimirum huiusmodi geminationes portendere continuationem instituti, firmitatemque propositi. Israël semper pronus in idola, deficiens à fide data. Serò uti Phryges flagellis sapie- bant, quæis reducebantur in viam. Cognoverunt peccasse, & propter peccata in Baby- lonem duci. Ne Deus aggravaret manum, elegerunt ingredi viam legum. Haud laute Prophetam, illicòque dixit: Iacob ambula per viam: idest, in hoccine instituto perse- vera: salvus sanequam erit, qui perseveraverit. Via est, ambula, ne desistas: nihil omittas, neque quiescas: & dum ambulas, ne declines; quippe tunc non gradieris, sed transgredieris. Hoc intuita pro rectitudine viz, dicitur, 1. Reg. 6. 12. Ibant in directum vacce per viam, & itinere uno gradiebantur pergentes & mugientes; & non de- clinabant neque ad dexteram, neque ad sinistram. In hoc testimonio videntur plura sup- plicata expressa, ut continuatio noveretur profectiois; quæ quidem variè ab Act. diluci- dantur. Hebr. per gerundium: Ioverunt eundo. A Syro per participium presentis: Ioverunt euntes. A Philone Biblico per participium preteriti: Proficiendo profecta. A Ma- luenda per infinitivum: Viâ una ambulaerunt ambulare: quæis profectò dicendi mo- dus

Tom. V.

S. Bened.

1. Theſſal

Psalm. 115:  
& Ezech. 1.  
17.

Virgil.

Ovid.

Quid iter  
iret

1. Ambros.

Plaut.

1. Reg. 6.  
Suppositum  
expressum



modis constat actus continuatio, quam sollicitat Baruch, dicens Israëli: Ambula per viam.

29 Sic patet via in expositionem alterius Tautologiz ab Ezechiele & David prolataz nimirum, Euntis ibunt. Ire eundo, humilitatem vel humiliationem, modestiamve prae- signat. Q. d. Non composito gradu ambulabant, nec gloriose incedebant, quod quidem pompofum oggrassamen dicitur, ut vidimus, Tom. 3. Taatol. 1. n. 16. fed meelle & modestissime, quippequam in captivitate ibant & flebant; ita ut gressus corporis speci- men praeberet humilitatis. Haud ille status, ut procederent in exilium glorianter, iactan- tes crura, quia omnis disciplina in praesenti quidem non videtur esse gaudij, sed meroris. Quare Pradus in 1. Ezech. n. 17. subdit: Lento gradu protedebant. Procedebant lenre quasi seminantes: sicut econtra veloci gradu redeantes. Indicat Pfaltes Regius: Euntis ibant & flebant mittentes semina sua: venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. Participia illa euntis & venientes in actione verbi eiusdem profecto expri- munt affectus euntium & redeuntium, seu modum in reditu & abitu: tristitiam videlicet euntium in captivitate, & venientium in patriam exultationem.

30 Attamen magis litera consonum videtur, participia illa signare firmitatem capti- vitatis, certum eius eventum, ac itineris continuationem. Quare de Cherubinis quum in visione Ezechielis Israëliitarum exilium significabant, dicitur: Euntis ibant, & (pro idest) non revertentur, cum ambularent: igitur perseveravit exilium decretum, quou- que Septuaginta anni completi. Hoc est ire eundo, idest, directe: quod alijs vocibus indi- catur v. 9. Non revertentur cum incederent; sed unumquodque ante faciem suam gra- diebatur. Hoc est, recta via, quasi intendentes in locum, quod tendebant; ita ut neque ad dextram, neque ad sinistram declinarent. Exprimuntur in rotis, cap. 10. 11. Non reverte- bantur ambulantes: sed ad locum ad quem ire declinabat qua prima erat: sequebantur & caetera, nec convertentur. Hoc est, non reverti incedentes, vel ire euntis. Qua de causa dum nullus obex, ut hinc inde vagentur viatores; dicuntur ire viam: idest, recte, quin necessarium, sit huc illucque transmeare, ut perveniant in destinatum locum. Sic eun- tes ibant: ait Homer. 19. Odysf. v. 445. Regeritur phrafs, Odysf. 20. v. 150. & 23. v. 292. Ita coram facie ambulare & Ire eundo est, eò tendere, quò vultus spectat: etenim ibi di- rigimus vultum, quò conamur progredi. Sic dicitur de Cherubinis v. 12. Unumquod- que eorum coram facie sua ambulabat: ubi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur. Idest, per Alyncton, Nec revertentur, cum ambularent. Innuunt Seneca, Epist. 66. Nec vir- tute ire retro licet: ad verum quas actura est habitum figurata. Premiserat, Epist. 20. Nec dico sapientem semper uno iturum gradu, sed una via: idest, recte: aliter ut canit Claudian, 2, in Eutrop. v. 419.

Non explorantur eunda Vitandaque via: nullo se cornua stehunt Ordine: confusii passim per opaca vagantur. In profectioe filiorum Israëli, vagationi huc illucque haid ullus concedebatur locus; quippe tendebant in rectum, illuc dirigentes vultum. In tractum facie sue obiectum ibant; Maluend. legit; & Tygurin. Recte antrorsum incedebant quocunq: quod est Ire euntis, ut inquit Euripid. in Hippolyt. v. 108. & Plaut. in Pseudol. Act. 4. Scen. 7. v. 37. Recta habet rectam viam.

31 Negotium haud tibi facescat, quò dicatur hic: Nec revertentur, cum am- bularent, quod est, ire eundo, & v. 14. Ibant & revertentur in similitudinem ful- guris corascentis. Reversio quidem non est intelligenda de cursu, sed de facie: quo sensu Cantic. 6. 12. dicitur: Revertere revertere Sunamitis: revertere revertere, ut intueamur te. Hoc est, converte faciem; quia iens eundo, quin revertatur, potest alior- sum convertere faciem. Deuteron. 30. 9. Revertetur Dominus, ut gaudet super te: nimirum, ostendet faciem suam in gaudium. Sic igitur Cherubini convertentur faci- em, sed non convertentur cursum: ita euntis revertentur, & non revertentur; quoniam haud iter relinquunt, estò facies converterat. Quomodo huiusmodi erat reversio sine reversione, diximus fusè & singulariter Tom. 4. Taat. 1. n. 23. Plures negant reversionem: at si velis admittere, iure quibus, ut claret ex litera: verum ita brevis erat, ut posset dici revertendo non reverti, quia revertentur in similitudinem fulgu- ris. Quia citò surrexit cletho Archifynogogi filia, quasi dormiret in lecho, dixit Sal- vator N. Matth. 9. 24. Non est enim mortua paella, sed dormit. Ire simul & reverti, impossibile est: nihilominus tamen ob velocitatem perfectæ Dei mandati executio- nis,

Quae brevi- sime tempo- re, dican- tur non suis- se.

tis; de Angelis ab illo in ministerium missis sub metaphora fulgurum, dicit Altissimus Job 38. 35. Nunquid mittes fulgura & ibunt; & revertentia dicent tibi: Adsumus Idem Zachar. 9. 8. promittit: Circumsabo domum meam ex his qui militant mihi euntis & re- vertentes. Demum Psalm. 102. 20. Angeli eius potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum eius: quasi ita celeres, ut prius Maiclati divina parentem, quam eius vocem audissent. Ingeniose Seneca Epist. 94. Mone, dic quid me velis fecisse. Non, quid me velis facere; quoniam actum, priusquam auditum preceptum. Nostro enim proposito ad unguem Homer. 10. Iliad. v. 470. Progressi (ait) venerunt euntis: cla- ret reversio quæ non reversio; quia ita citò progredientes venerunt, ut non viderentur revertentes, sed euntis. Ita in textu nostro Revertentur, & non revertentur: equi- dem ita in iter pernix reditus, ut videretur continuatus cursus.

32 Occurrit illic, quomodo unumquodque illorum coram facie sua ambulabat, ut dicitur, v. 12. si vel ad breve tempus revertentur? Ambulare coram facie, ut diximus, idem est ac non reverti. Iam ergo erit reversio tam in facie, quam in cursu. Maluenda in versione respondet: Ibant, & redibant sine ulla diversione, aut conversione facierum; cum facies eorum in omnes partes spectarent: Sic igitur vel cum revertenter, ante faciem ambulabant. Pennas & facies per quatuor partes habebant, dextrorsum, sinistrorsum, re- trorsum & antrorsum: unde quocunq: dirigebatur iter, dirigebatur & facies. Confirma- torissimum ex Theodoro hic: Homo enim (subdit) ad borealem partem incedens, deinde de cum vult ad australem redire, necessariò convertitur, unam tantum faciem sortitur: sed cui tot sunt numero facies, quot partes orbis terra: huic australe nihil est, sed ubiq: facies illius omnia intuetur, & quocunq: velit, incedit, neque indiget conversione. Hinc ostè Cherubini revertentur; non revertentur, quia unumquodque eorum coram facie sua ambulabat: sicut non revertitur homo, qui facie directa in metam meditatæ via ambulat, quouque proficiat, coram facie.

33 Aptius quantum capio, intelligitur Revertentur & non revertentur, de profectioe filiorum Israëli in Babylonem, ac de reditu in patriam: quod totum figu- rabatur in visione Propheta, ut placet Prado hic & Anton. Fernand. Vision. 13. scè. 13. Indicatur etiam à Zacharia, quò dudum, dicente: Euntis & revertentes. Decreta sanè illorum captivitas propter peccata, sed non perpetua. Haud poterant reverti, quin irent: dum irent, non revertentur; quia Triumphator in Israëli non parcat, & poen- itudine non stehetur: neque enim homo est, ut agat poenitentiam, 1. Reg. 15. 29. Ictico absolute non dicitur, quod non revertentur: sed non revertentur cum ambularent. Ita nulla indulgentia decreto dato, quia Deus non pepercit, nec illi dolere flagitiorum provocarunt, ut parceret: ceterum cum tantum esset decreta servitus per annos septua- ginta; post quos redituri erant in propria; ut dicitur Ierem. 25. 12. dum transmigrationis & relationis in visione obijcitur symbolum; exponitur sub specie Cherubica & rotarum, quòd non revertentur & revertentur. Non revertio, quoniam in captivitate ibant: Ezechiel 12. 11. verum reversione, cum convertero captivitate eorum: Ierem. 31. 23. Quare dum euntis in Babylonem ibant, non revertentur: verum dimissi in patriam ibant & revertentur. Revertentur & in similitudinem fulguris corascentis: idest, gloriose. Ut splendor ignis, qui oculos amœnat, in signum exultationis; quare David loc. cit. in- quit: Facti sumus letantes: quippe qui stentes euntis, ibant, cum exultatione venientes veniebant: de quo suo loc. Tom. 7. T. 9. Cessanti illo motu (inquit Alap. v. 17.) cum ad lo- cum destinatum pervenissent, poterant alium inire, & quocunq: iter, etiam retrò se fle- here, si vellent: uti de sacro currus hic retrò actus quandoque fuit. Constat Exech. 8. 4. 9. 3. 10. 4. 11. 22. & 43. à v. 1.

34 Heccine satis in Antiolegiam videbantur, at non quiescit cogitatio in aptiorem, prout arbitror expositionem. An magis literalis & genuina, iudicet lector. Astruam profectò irrefragabilibus testimonijs. Tota Ezechielis visio intendit in expressionem exer- citus Chaldæorum in exidium urbis Ierusalem, & exterminium civium in captivitate m dæcedoram. Ita Sanctius, Fernandez ubi supr. & Alapide: qui loc. cit. subdit: Lique- rituram Dei primò è Babylons in Hierosolymam perrexisse. Altuitur plenissime ex con- textu. Ece ventus turbis veniebat ab Aquilone & nubes magna & ignis involvens, &c. v. 4. & Ierem. 1. 13. Ollam succensam ego video, & faciem eius à facie Aquilonis, à quo pandetur omne malum: v. 14. Ineratur regio à qua Israëliitarum clades, cap. 4. 6. & 25. 9. Quod sub metaphora à Propheta, aperit textus Chald. Regem bullentem, ferventem quasi lebetem, & vexillum exercitus eius ex Aquilone venientis. Regredi eadem via, quæ Tom. 6.

Senec. Homer.

Maluend.

Qua arte Cherubini revertentur, & non revertentur?

Quid in nò reversione notetur?

1. Reg. 15. 29.

Maluend.

Idem. Quomodo Chaldei in Ierusalem ibant & revertentur?

13



venitur sumitur pro re infecta ; sicut alia via , pro eventu felici , consecrata re , uti diximus , à n. 13. Unde ut effectus clareret exercitus in Ierusalem e Babylone venientis , & militum irati Regis Nabuchi ; dicitur : *Euntes ibant* ( sine obice è Babylone ) & non revertentur cum ambularent : idest , illuc unde venerant , quin ponerent Ierusalem in pomorum custodiam. Deinde positi voto , excissa urbe , incensa templo , cive captivo ; ibant & revertentur in similitudinem fulguris coruscantis. Coruscantis , propter gloriam expeditionis & expugnationis validæ urbis , bellatricisq; gentis. Fulguris , propter felicitis exitus velocitatem , atque efficacem promptitudinem. Qua metaphora sæpe vel Ethnici usi in descriptione industrij pernicious Ducis inaccessibilium murorum de bellatoris.

Ezech. 1. 17. Vers. 14.

Ovid.

Et rapidum Aetnao fulgur ab igne iaci. Canit Ovidius. 1. Fast. v. 574. & Lucanus lib. 1. Bell. Pbarsal. à v. 149.

Impellens quicquid sui summa petenti

Obstaret , gaudensque viam secisse ruinâ :

Qualiter expressum ventis per nubila fulmen

Asperis impulsu sonitu , mundi que fragore

Emicuit , rupitque diem , populosque paventes

Terruit , obliqua præstinguens lamina flammâ ;

In sua templa ruit : nulla que exte vetante

Materia , magnamque cadens , magnamque revertens

Dat stragem latè , sparsosque recoligit ignes.

Lucan.

Pausan.

Pausanias esp. 14. & esp. 335. de Ptolomæo Lyfandæ fratre , ait : *Vir tantâ in rebus gerendis alacritate , ut fulmen sit cognomento appellatus.* Comites Alexandri Magni , ut taxat Dio Orat. 64. inter arrogantia insignia , sese vocabant vicissim Fulmina : Græcè , Ceraunios : qua laude Virgil. 6. Æneid. v. 842. Scipiones signat Duo fulmina. Bell. Quem æmulando Silius Italic. lib. 7. de Bell. Punic. v. 106. Ubi sunt nunc fulmina gentis Scipiadae? Quasi invicti & invencibiles , uti Theocrit. Ædyl. 22. v. 219. dicit Achillem belli turrim. Ita Alexandri Macedonis imago fulmen manu tenebat ; ut tradit Plutarchus , Orat. 2. de Fortuna Alexandr. Similiterque in Symbolum fragis , fulmen in scutis Duces , re militari præstantes , pro insignis gestabant. Canit Valer. Flacc. lib. 6. Argonauticon. v. 53.

Duces infignes appellati fulmina.

Theocrit.

Val. Flacc.

Cuncta phalanx ; in signe Iovis , calatæque gestat

Tegmina , dispersos trifidis ardoribus ignes.

Nec primus radios , miles Romane , corasit

Palmis , & rutilas scutis diffuderis alas.

Hoc enim fulguris signo exprimitur exercitus Chaldæorum in Urbis stragem venientium ; qui quidem è Babylone in Ierusalem euntes ibant , & non revertentur , sed unumquodque coram facie sua ambulabat , intendens in urbem obsidendam in excidium , sine quominimè reverturi , unde venerant , ut prædixerat Propheta : Nolite discipere animas vestras , dicentes : Euntes abibant & recedent à nobis Chaldæi : quia non abibant. At verò post cladem in Babylone ibant & revertentur in similitudinem fulguris coruscantis. Sic ergo patet , quomodo Non revertentur & revertentur.

Ier. 37. 8.

Marc 5. 17.

Fulm. Sym.

Daniel. 8. 5.

Iesai. 47. 3.

Descriptio ceteritatis.

Homer.

In fulguris aut fulminis similitudine , efficacia activa demonstratur Ducis & velocitas expeditionis , ut constat ex dictis n. 31. de Angelis fulminibus assimilatis : qua de causa Christus Dominus , Marc. 3. 17. Iacobo & Ioanni imposuit nomina Boinerges , quod est , Filij tonitruus : idest , fulmina , quibus nulla resistentia , ac in ministerio velocitas summa : igitur in terra ita pernix cursus , quasi non essent in terra , sed ad instar fulminis vagarentur per aëra. Haud infrequens in Scriptura metaphora. Celeritas Alexandri Magni in subigando orbe , non aliter ibicitur à Daniele : Ecce bircus caprarum veniebat ab occidente super faciem totius terra , & non tangebatur terram. Similiter de prompta repositione Abrahæ Deo vocanti , ut patriam relinqueret , dicitur : Transibit in pace , semita in pedibus eius non apparebit : quasi præ velocitate summa , nec veligium pedis , quem in terra fixerat , non apparet in terra. Usi planè hac hyperbole etiam Profani. Homer. 20. Iliad. v. 227. inhi :

Per summam spicarum fructum currebant , nec frangebant.

At cum saltarent super lata dorfa maris ,

In summitate maris absentis currebant.

Acumen Homeri furatus est Virgilius , 7. Æneid. à v. 808. loquens de celeritate Camilla.

Ille

Ille vel intacta segetis per summa volaret Gramina , nec teneras cursu lesisset aristas : Vel mare per medium fluctu suspensa tumentis Ferret iter , celeres nec tingeret æquore pluchas.

Virgil.

Affueta sanè , cursu pravertere ventos. Videlicet plura & pulchra apud La-Zerd. hic. Aptiora sanè in obedientiam S. Mauri ambulantis super aquas : equidem ad magiltri Benedicti vocem , nec tinxit æquore pedem. Plutarch. in Scipion.

Obedientia S. Mauri.

Et celeri cursu ventos superare fugaces. Enripides in Aleest. v. 869. Nec in terra pedem cundo figens. Ovid. 10. Metam. fab. 11. Et summam celeri pede libat arenam. Claudian. de 3. Consul. Honor. v. 198.

Plutarch.

Qui summa freti per carula possint Ferre viam , segetemque levi percurrere motu , Nesciat ut spumas , nec proterat ungula culmos.

Claudia.

Sicine pernicitas exercitus Chaldæorum , ut fulmina veniebant in Ierusalem. Haud longa mora in urbis excidio , quippe uti fulminum , brevis expeditio & operatio : ita ut post effectum , quasi terram non attingerent , revertentur in propria ad similitudinem fulguris coruscantis. Ita Ierem. 4. 13. prædixerat. Ecce quasi nubes ascendet , & quasi tempestas currus eius : velocius aquilis equi illius : va nobis.

Emergimus è gravi difficultate , qua multorum torfit ingenia : modò pro ultima huius materiæ Tautologia , reliquæ acceptanceos Via prius exponendæ. Via publica , Numer. 20. 17. idest , trita , communis omnibus cunctibus & redeuntibus , quæ amicè transiit. Sic apud Propert. lib. 3. Eleg. 16. v. 18. Via tua. Via quæ Thren. 1. 4. dicitur lugens , est via infensa : quo intelligitur illud Iudic. 5. 6. Quieverunt semita : & qui ingrediebatur per eas , ambulaverunt per calles devotas : idest , nulla via erat , quæ ab hostibus non esset occupata , ita ut vel in illos incurrendum foret ; vel necessarium obliquas & occultas in salutem querere. Econtra via in deserto , Iesai. 43. 19. & montes in viam , cap. 49. 11. significat summam pacem. Aliquando significat inchoationem alicuius actus. Psalm. 84. 14. Pones in via gressus suos. Virgil. 3. Georg. v. 8. Tentanda via est. Et Arator 2. in Act. Apostol. v. 163. Has primum graditura vias. Aliquando consuetudinem , vitæ rationem , aut institutum. Ambulavit in vijs patris sui. 3. Reg. 15. 26. idest , in moribus , cap. 16. 2. & Ierem. 2. 33. Reverserant eis de viaquam ostendi eis : Exod. 32. 8. hoc est , de ratione vitæ. Idem Iosue , 1. 8. Des unicuique secundum omnes vias suas : 3. Reg. 8. 39. scilicet , faveas unicuique iuxta ministerium , quod haberit , vel munus quod exercet : unde cap. 1. 49. dicitur : Iovit unusquisque in viam suam. Nostros : Adonde le convenia. Denique aliquando innotabilem signat idololatricam. Math. 10. 5. In viam Gentium ne aberitis : & Act. 14. 15. Dimisit omnes gentes ingredi vias suas. Hæc enim metaphora , quippe per viam profectio , usquequaque in Biblijs dicitur via iustitiæ , veritatis , legis , pacis , iniquitatis , doctrinæ , cordis , hominis , carnis , inferi , stulti , sapientis , sensus , cordis , cogitationis , &c. tuncque via nihil amplius significat , quàm conatus , opera , instituta , munera , &c.

Acceptioes via.

Pro moribus & instituta.

Pro idololatria.

Pro quo observandum , esse frequentem Hebraïsmum , quo plures voces non rigoroso , sed in metaphorico accipiendæ sunt sensu , ita ut paragoge accepta , nihil significant præter id cui huiusmodi voces iunctæ. Anima accipitur sæpe pro cuius est anima. Ioann. 12. 25. Qui amat animam suam : qui odit animam suam : idest , sc. Ofsee , 9. 4. Panis eorum anima ipsorum : hoc est , sibi. Iesai. 26. 2. Anima eorum in captivitate ibit : scilicet , ipsi. Eccli. 24. 3. Sapientia laudavit animam suam : nimirum se. Patet clarius ex Matth. 17. 5. ubi : In quo mihi bene complacui : hoc testimonium sumptum ex Iesai. , cap. 42. 1. ubi dicitur : Complacuit sibi in illo anima mea. Ita Facies sumitur pro cuius est facies : de quo agemus Tautolog. 5. num. 14. & egimus , Tom. 3. Tautol. 8. nam. 54. Similiter Caput : uti ibid. diximus , & Tom. 4. T. 6. n. 3. Aliquando Nomen eodem quædam usu. Psalm. 8. 2. Quam admirabile est nomen tuum ! Idest , Tu. Idem Cant. 1. 3. Olum effusum nomen tuum. Genes. 4. 26. Iste cepit invocare nomen Domini. Apocal. 3. 4. Habes pauca nomina in Sardis , qui non inquinaverunt vestimenta sua : cap. 11. 13. Occisa sunt in terramotum nomina hominum septem millia. Etiam Gracifimus est : Igitur Act. 1. 15. ubi : Erat autem turba hominum simul serè centum viginti ; Grac. legit : Nominum. Vox Vir etiam quandoque pro munere , seu re cui iungitur. Vir sanguinum , pro homicida : 2. Reg. 16. 17. & Psalm. 54. 24. ibid. Vir Beial : idest , sine iugo , inobediens. Viri divitiarum : Psalm. 75. 6. Opulenti nimirum. Sic Genes. 9. 20.

Anima pro cuius est anima.

Idem facies Caput. Nomen.

Vir.

Vir



*Vir agricola:* Hebr. *Vir terra.* cap. 25. 27. *Vir gnarus venandi:* Hebr. *Vir agri.* cap. 45. 34. *Virii pastores.* Hebr. *Virii pecoris.* Denique Exod. 4. 10. *Non sum eloquens:* Hebr. legit: *Non vir verborum ego.* Hebraismus quoque invenitur in *Verbam.* Psalm. 21. 2. *Verba delictorum meorum:* idest, delicta mea. Ad Hebr. Paulus, 1. 3. *Verbo virtutis sue:* hoc est, virtute sua. Psalm. 35. 4. *Verba oris eius iniquitas & aolus:* Hebr. *Verba fraudum.* Esth. 9. 31. *Susciperunt ieiunia:* Hebr. *Verba ieiuniorum.* Idem enim observandum est de voce *Via.* Quare dum dicitur *Via* mandatorum, iniquitatis, iustitiae, pacis, &c. Idem est, ac mandata, iniquitas, iustitia & pax. Lucanus lib. 4. *Pbarfal.* v. 267. *Leti videre viam.* Tacit. 1. *Annal.* cap. 54. *Alia morum via:* & lib. 2. cap. 5. *Prætorum via.* idest, mors, mores & praelia. Gratia ornatus, vel propria dialecto linguae, huiusmodi voces vocibus intentis apponunt etiam Latini AA. Virgil. 6. *Aeneid.* v. 103. *Facite laborum,* pro labores. 1. *Georg.* v. 143. *Ferri rigor,* pro ferro. & v. 162. *Robur aratri,* pro aratro. Claudian. 1. in *Eutrop.* v. 288. *Labor ævi,* pro ævo. Sic apud Lucretium, lib. 1. v. 478. *Rigor auris & lib.* 2. v. 449. *Robora ferri:* & apud Plautum in *Amphitr.* Act. 2. scen. 2. v. 1. *Res voluptatum,* pro voluptatibus. Vide alia apud Muretum lib. 6. *Variar. lect.* cap. 9.

*Via pro dignitate & honore.* 38. Alia via acceptio restat, nimirum *Via* pro dignitate seu manere publico, honore, five officij maiestate. In *vij iustitie ambulo,* in medio semitarum iudicij: Proverb. 8. 20. quo intelligitur illud Eccl. *In via stultus ambulans, cum ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat.* Quenam ergo huiusmodi via in qua ambulat stultus? Idem dicit, v. 5. *Est malum quod videt sub sole, quasi per errorem egrediens a facie principis:* nimirum, *positum sultam in dignitate sublimi, & divites (Sapientes, Hebr.) sedere deorsum: Videt servos in equis, & principes ambulantes super terram quasi seruos.* Lamentabile promissum, stultum sublimari & sapientem deprimi. Hic indicatur insipientis non tam insipientia, quam invercudia, & adiarthra: equidem ut ait Hippocrates *Epijt.* ad Democrit. *Nihil ignorantia auctacius:* quæ quidem minus tolerabilis, quod toleratur, nihil que invat patientia, nisi ut graviora, tanquam ex facili ferentibus imponantur. Perniciae oritur ex eo, quod stultus in via ambulat: idest, dignitate fungitur: siquidem non haberet, nec hiferet. Eo enim procedit manere inflatus, ut audeat sapientes vocare stultos: & audeat, quia nemo audeat compefcere; ne irriteretur in malum, & qui despiciat, furat. *Sape eruentis veritas patuit malo:* inquit Seneca, in *Oedip.* v. 817. & *Iuvenal. Satyr.* 4. à v. 89.

*Infulentia præfiliis suis.* Senec. *Veritas idio sa.* *Ille igitur nunquam dixit brachia contra Torrentem: nec civis erat, qui libera possit Verba animi proferre, & vitam impendere vero.*

Optimè Lorinus hic confert palato malè affecto, amara arbitranti, quæ dulcissima, & quæ sapiunt, desipientia. *Omnis affectus hoc habet* (inquit Seneca *Epijt.* 94.) *ut in quo ipse insanit, alios furere patet.* Haud alia in alijs nisi sua cogitat, arbitratque excutiens alios non videre, nisi quæ videt: nihilque videt, quamvis oculis obijciatur eius tanta moles stulticia. Auctoritatem, quam prælatio exigit non habet: Ex auctoritate dignitatis propriam autumat: & quia honores debent propter dotes conferri, ex collectione dignitates somniat dotes, & eminentiores: siquidem philautus sapientes stultos æstimat, quod facere non potest nisi stultus. De quodam stultissimo dictum, cum ageret & loqueretur quia electus, quod renuebat intellectus; *sententiam habet insusam.* Quomodo hic literas scit, cum non didicerit? *Crisis insignis! In hoc mirabilis. Magister honore factus, qui totis viribus non potuit esse discipulus.* Tam enim apertus terebræ sensus: invenitque sapientiam, quæ vel sapientes amittunt. Haad ita tribus retrò mensibus sciebat. *Modo scit omnia.* Aptius nescit, quia seipsum non cognovit, magisque apparuit stultus, cum sibi tantum videbatur doctus. *Via stulti recta in oculis eius.* Proverb. 12. 15. *Conditio eius signatur, indolem exprimens:* unde Gregor. Magn. lib. 17. *Moral.* cap. 5. in fit: *Via elati superbia, via raptoris avaritia: via est lubrici concupiscentia.* Sic via stulti stulticia, ut videbimus latè *Tautolog.* 8. ita ut quicquid stulticia non fit, stulticia fit illi. Hispan. *El porte, y pensamiento del necio, es juzgar por sí à todos los demás:* tanque cognoscitur quis, qualis, quidque sit, Campensis & Malucenda: *Quodcumque ieris, securdria patet. Ipsa vultu, gressu & signis omnibus clamat soliditatem suam.* Quia stultus est, & non cogitat se stultum, sed tantum quem videt doctum; ironice dicitur, *In via ambulat;* idest, non ambulat in via, sed in devio: Vernaculè, *vivide, No lleva camino.* Qua de causa Chald. Costi legit: *In viam spinosam se coniecit.* Quia

*asit.*

*Quibus & quare? Senec.*

*Crisi de stulto in dignitate babilone.*

*Greg. Mag.*

*Campens. Malucend.*

*Medicina.* amittit sensum, subditos facit amittere: equidem ut ait Salomon, Proverb. 26. 16. *Sapientior sibi videtur septem viris, loquentibus sententiar.* Si via honor est, & stultus ita in via dignitatis ambulat; ut sapiat, deturbetur à via: etenim nihil gravius natura rationali, quam duci & perducì ab insipiente. Plura huic proposito diximus *Tom. præced. Tautolog.* 6. *Didascl.* 5. à n. 23. ibi videris. Acceptiones alias *Via* in mores, invenies apud Gregor. loc. cit. & lib. 15. cap. 25. August. in *Psalm.* 24. v. 4. Sanct. Pagn. in *Isagog.* lib. 18. cap. 7. & Petr. Berchor. in *Dictionar. moral.* verb. *Via.*

*Versiones.* 39. Versiones aptatæ sunt in Tautologiae expositionibus, præut congruebant. Collectas accipe. *Revertimini filie mi & abite.* Lyran. *filie mee redite domum.* Caietan. *Itt, redite unaquaque in domum matris sue: revertimini filie mee, ite.* Maluend. *Ambulate, revertimini vira in domum matris sue: revertimini filie mee, ambulate.* Modò dirigatur sermo, ut vel in exilio, cœlestis sit conversatio; ac in paradisum redeamus hilares, qui ab illo expulsi ingemificimus exules.

ADINATON EXEGETICUM.

- Revertimini & abite.* Potest esse reversio & non abitus? Potest. Reversio dicitur, unde egressus inchoatur, connotatà mansione: excurrentibusque Monachis à claustro in sæculum, quod idem videtur, haud incongruè signatur ut quid distinctum; quia nonnulli in clastrum ab egressu revertuntur, & revertentes non abeunt: etenim pestilentis sæculi conversatione, revertuntur præsentia, verum non mente.
- Revertimini & abite.* Quorsum huiusmodi voces, si reverti non possunt, nisi abeant? Notantur insidiaz latitantes affectionum in occasione lubrica impellentium voluptatum. Quos harum retrahit simulatus dolor, reducit impetu furor: & quæ videntur eiusdem significationis, sunt voces contrarietatis; quoniam occasione prævia qui visco affectionis abeunt, ipsa fugâ properantes in fugita revertuntur.
- Revertimini & abite.* Sæpe dum abit indignationis causa, non recedit iniuriæ illatæ memoria. In odij exilium officioso amore, animi conciliantur averfi: ac cum ex amicitiaz specie in ultionem fiat abitus; causa datur remotio, verum non ira recessus. Ubi magis cum amico ab egressu revertuntur, abiens in iram revertitur: equidem sub larva reconciliatæ amicitiaz, totum cordis studium inhiet ultioni.
- Revertimini & abite.* Hoc est, unde abitis, nunquam revertamini; quod facit turpis affectio, & ambitiosi conditio: in fastidium honoris impete ascendere fatagit: illud ambiens & sequens avidè assequi cupit; à quo repulsus utiqueque amandatur. Abet tristis & victos, sed ad ambitum revertitur: igitur insillit & insillit in cacumen trudens iterum lapidem, quousque veniat (quavis lassus ex lapsu) ad dignitatis cacumen.

DIDASCALIA I.

*Nibil turpius seculari Monacho tam in claustro, quam in seculo.*

**S**I ingratus, cui se conformare, placereque fatagit; quid cui fastidiosus, atque fastidiosus displicet? Monachos alloquitur. Quorsum conversatio secularium, si in cœlis debet esse nobiscum? Non accusamus (ait Mellissus Doctor, de *Conversion.* ad Cleric. cap. 20. n. 35.) *universitatem, sed nec universitatem possimus excusare.* Cur & quorsum in sæculum retrorta semita, unde meditata felicissimi- ma fuga? De Nilo asserit Senec. lib. 4. *qq; natur.* cap. 2. de quo fusè agemus, *Tautol.* 10. num. 9. *Eluctatus obstantia, in vastam altitudinem subito destitutus cadit cum ingenti circumiacentium regionum strepitu. Quem perferre gens ibi à Persis collocata non potuit obtusi assiduò fragore auribus: & ob hoc sedibus ad quietiora translatis.* Si translati sumus sæculi fugientes fragorem, in tranquillitatis fenedem

*Caraduph Nil.*

*Senec.*

*dem*